Auf Vorbringen ꝛc. Daß zuförderſt der ſtreitige Ort, durch einen geſchwornen Feldmeſſer, in Beyſeyn beyder Partheyen, gebührend auszumeſſen, worauf und wenn hiervon behörige Nachricht zu denen Acten gebracht, in der Sache ferner ergehet, was Recht iſt.

§. XVII. Huc etiam pertinet caſus redditionis rationum, Rechnungs-Sachen, ubi multa ſaepe a calculo dependent, atque adeo per Commiſſarios res commodiſſime expediri poteſt. Formula haec eſſe ſolet:

Auf Vorbringen ꝛc. Daß vor allen Dingen gewiſſe Commiſſarien zu verordnen, welche die Rechnung von Jahre zu Jahre, auch Poſten zu Poſten durchgehen, dasjenige, ſo in der Haußwirthſchafft beruhet, ſofort entſcheiden, die in Iure beruhende Puncten aber, unter gewiſſen numeris, ausſetzen, und ihren Bericht deswegen erſtatten, worauf, und wenn ſolche ad Acta gebracht, und die Partheyen darüber kürtzlich verfahren, und zum Urtheil beſchloſſen, ferner ergehet, was Recht iſt.

§. XVIII. Saepius etiam contingit, ut tertio alicui, plerumque a reo, lis denuncietur; ubi haec Formula adhiberi ſolet:

Und

Und wird im übrigen Caio lis gebührend billig denunciret. Interdum adduntur uerba: mit Uberſchickung Abſchrifft von der Klage und von allen demjenigen, ſo bißhero in der Sache ergangen.

§. XIX. Sicuti uero litis denunciatus cogi nequit, ut praeciſe ueniat, & litis denunciantem defendat, ita ſatis eſt, quod litis denuncians, poſt factam rite litis denunciationem, regreſſum ſuum aduerſus denunciatum ſaluum habeat; idque indicari ſolet per Formulam:

Und weil Caio lis gebührend denunciret, ſo hat es darbey ſein Bewenden.

## CAPUT V.

## DE SENTENTIA.

### §. I.

FActa probatione & reprobatione, ſententia definitiua fertur, & quidem uel pure, uel antegreſſo iureiurando, ſiue ſuppletorio, ſiue purgatorio. Si plene probauit actor, eiusdemque probatio nullis exceptionibus a reo in reprobatione eliſa, condemnandus eſt reus, tam intuitu cauſſae prin-

cipalis, quam expenſarum, niſi probabilem litigandi cauſſam habuerit. Solet autem in ſententia condemnatoria ferenda, & quidem in eius exordio ſeu ingreſſu, adhiberi uerbum, verführet, quod indicat, plene probatum eſſe, alias enim uerbum, geführet, ſubſtituitur. Formula:

Auf Klage, Antwort, verführten Beweiß und Gegenbeweiß, (in proceſſu ſummario: verführte Beſcheinigung und Gegenbeſcheinigung) auch erfolgte Geſätze, in Sachen N. N. Klägers an einem, N. N. Beklagten andern Theils ꝛc. Daß Kläger dasjenige, ſo ihm zu erweiſen, (zu beſcheinigen) auferlegt, und er ſich angemaſſet, wie Recht, erwieſen, (beybracht,) derowegen Beklagter demſelben das libellirte Capital an 1000. Thl. nebſt dem Intereſſe morae zu bezahlen, ſo wohl die durch dieſen Proceſſ verurſachte Unkoſten, nach vorgehender deren Liquidation, und richterlichen Ermäßigung, zu erſtatten ſchuldig.

Formula in compenſandis expenſis haec adhiberi ſolet: Die beyderſeits aufgewandte Unkoſten hingegen werden, aus bewegenden Urſachen, gegen einander compenſiret und aufgehoben.

§. II. Si autem actor nihil probauerit, abſoluitur reus, & actor regulariter in expen-

penſas condemnatur. Vbi & hoc obiter notandum, quod uſu fori in ſententiis condemnatoriis, quando litigantes cauſſam per procuratores peregerunt, in ingreſſu quidem, ut in interlocutoriis, uox: Anwald, adiecto nomine clientis ſeu principalis, uſurpari, ſed in ipſo tenore, ſecus ac in interlocutoriis, uerba: Klägers Principal, Beklagtens Principal, adhiberi ſoleant. Formula:

Auf Klage, Antwort, geführten Beweiß, und Gegenbeweiß, (geführte Beſcheinigung, und Gegenbeſcheinigung,) auch erfolgte Gesätze, in Sachen derer Anwälde N. N. Klägers an einem, N. N. Beklagten andern Theils, ꝛc. Daß Kläger dasjenige, ſo ihm zu erweiſen (zu beſcheinigen) auferlegt, und er ſich angemaſſet, wie Recht, nicht erwieſen; (nicht beygebracht) Derowegen Beklagtens Principal von der wider ihn angeſtellten Klage zu entbinden, immaſſen wir ihn hiermit davon entbinden und loßzehlen; Es iſt auch ermeldten Klägers Principal die durch dieſen Proceſſ verurſachte Unkoſten, nach vorgehender deren Liquidation, und unſerer Ermäßigung, Beklagtens Principaln zu erſtatten ſchuldig.

§. III. Si actor tantum ſemiplene, aut plus quam ſemiplene, nondum autem plene, probauit, iusiurandum ſuppletorium ipſi di-

ctatur, & plerumque in euentum, ſi iurauerit, reus condemnatur, compenſatis inter ſe expenſis. Poteſt tamen etiam ſuper praeſtatione ſuppletorii interlocutoria ſententia ferri. Formula caſus prioris:

Auf Klage, Antwort, geführten Beweiß, und Gegenbeweiß, auch erfolgte Geſätze, in Sachen derer Anwälde N. N. Klägers an einem, N.N. Beklagten andern Theils ꝛc.

Daraus ſo viel zu befinden: Würde Klägers Principal, daß er das libellirte Capital, zu der angegebenen Zeit, Beklagtens Principaln würcklich geliehen, vermittelſt Eydes erhalten, demnach in ſupplementum ſchweren, immaſſen vor allen Dingen zu beſchehen, ſo iſt ermeldten Beklagtens Principal demſelben angeregtes Capital der 1000. Rthl. nebſt dem Intereſſe morae, zu bezahlen ſchuldig. Die beyderſeits aufgewandte Unkoſten hingegen werden, aus bewegenden Urſachen, gegen einander compenſiret und aufgehoben.

Formula caſus poſterioris:

Auf Klage, Antwort ꝛc. Daraus ſo viel zu befinden, daß zuförderſt Klägers Principal, daß er das libellirte Capital der 1000. Rthl. zur angegebenen Zeit, Beklagtens Principaln würcklich geliehen, eydlich zu erhalten, alſo in ſupple-

plementum zu ſchweren ſchuldig, worauf in der Sache ferner ergehet, was Recht iſt.

§. IV. Si actor minus quam ſemiplene, ſed tamen aliquid probauerit, reo iuſiurandum purgatorium iniungitur, & rurſus in euentum, ſi iurauerit, ſententia definitiua abſolutoria, compenſatis inter ſe expenſis, adiicitur, uel tantum ſententia interlocutoria fertur. Formula caſus prioris:

Auf Klage, Antwort, geführten Beweiß und Gegenbeweiß, auch erfolgte Geſätze, in Sachen ꝛc. Daraus ſo viel zu befinden: Würde Beklagtens Principal, nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Meyneydes ſich, vermittelſt Eydes, reinigen, und, daß er das libellirte Capital von Klägers Principaln nicht geliehen, ſchweren, immaſſen ihm zu thun oblieget, ſo iſt er von der angeſtellten Klage zu entbinden, immaſſen wir ihn auf ſolchen Fall davon entbinden und loßzehlen; Die beyderſeits aufgewandte Unkoſten hingegen, aus bewegenden Urſachen, gegen einander compenſiren und aufheben.

Formula caſus poſterioris:

Auf Klage, Antwort ꝛc. Daß zuförderſt Beklagtens Principal, nach vorgehender ſcharffen Verwarnung für der ſchweren Straffe des Meyneydes, ſich eydlich zu reinigen, und daß

daß er ꝛc. zu ſchweren ſchuldig, ferner darauf zu beſchehen, was Recht iſt.

§. V. Eadem omnia obſeruanda ſunt etiam intuitu exceptionis, ſi reus litem affirmatiue initio conteſtatus ſit, item, ſi, probata actione, eandem in reprobatione per exceptionem eliſerit. Nam & tum eo reſpiciendum, utrum exceptio, uel plene, uel ſemiplene, uel minus quam ſemiplene, aut plane non probata ſit; Qua ratione facillimum cuiuis erit, formulas ad ſingulos caſus accommodare.

§. VI. Quando iuramentum, delatum, uel relatum, ſuper tota actione praeſtitum eſt, reus itidem uel abſoluitur, uel condemnatur, compenſatis expenſis. Formula:

Auf Vorbringen und beſchehene Eydes-Leiſtung in Sachen ꝛc. Dieweil Beklagter den ihm deferirten und zuerkannten Eyd würcklich abgeſchworen, ſo iſt er von der angeſtellten Klage zu entbinden und loßzuzehlen; Die beyderſeits aufgewandte Unkoſten hingegen ꝛc.

§. VII. Si libellus plures actiones aut capita contineat, fieri poteſt, ut intuitu unius condemnatoria, intuitu alterius uero abſolutoria ſententia feratur. Formula:

Auf Klage, geführten Beweiß, und Gegen-

beweiß

beweiß, auch erfolgte Geſätze, in Sachen ꝛc. Daß Kläger, ſo viel den erſten Klage-Punct betrifft, daßjenige, ſo ihm zu erweiſen auferlegt, und er ſich angemaſſet, wie Recht, erwieſen; Derowegen Beklagter die libellirte 1000. Rthlr. nebſt dem Intereſſe morae, demſelben zu bezahlen ſchuldig; Dahingegen ermeldter Kläger im übrigen dasjenige, ſo ihm zu erweiſen auferleget, und er ſich angemaſſet, wie recht, nicht erwieſen, derowegen Beklagter dißfals von der angeſtellten Klage zu entbinden ꝛc. Die beyderſeits aufgewandte Unkoſten hingegen werden aus bewegenden Urſachen gegen einander compenſiret und aufgehoben.

§. VIII. In actione hypothecaria, aduerſus tertium poſſeſſorem mota, condemnandus eſt reus ad poſſeſſionem hypothecae tradendam tamdiu, donec ipſi, intuitu debiti, plene ſatisfactum ſit. Formula:

Auf Klage, Antwort ꝛc. Daß Kläger dasjenige, ſo ihm zu erweiſen auferlegt ꝛc. wie Recht, erwieſen, derowegen Beklagter demſelben die libellirte Hypothec ſo lange, biß er wegen ſeines Capitals der 1000. Rthlr. auch Intereſſe morae, (ſeu rückſtändigen Zinßen,) daraus befriediget, abzutreten und einzuräumen, ſowohl die verurſachte Unkoſten ꝛc. zu erſtatten ſchuldig.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0055-4

Impingunt ergo Iudices, qui tali caſu reum condemnant, ut uel ſoluat debitum, uel hypothecam tradat. Sicut enim alternatiuum huiusmodi petitum in libello haut toleratur, ita nec condemnatio alternatiua eſſe poteſt; quamuis in uoluntate rei ſit, ſatisfaciendo actori ſeu creditori, ab hypothecae traditione ſe liberare.

§. IX. Circa Poſſeſſorium iudicium diſtinguendum, an ſit Ordinarium, an Summarium, ſeu Summariiſſimum; Diuerſimode enim in utroque ferenda ſententia.

Formula in proceſſu ordinario:

Auf Klage, Antwort, verführten Beweiß und Gegenbeweiß ꝛc. Daß Kläger dasjenige ꝛc. wie recht, erwieſen, derowegen er bey der Poſſeſſ des libellirten Guthes (Seruitut) ſo lange, biß Beklagter in petitorio ein anders ausgeführet, billig zu ſchützen.

Additur uel condemnatio in expenſas, uel, ſi reus probabilem litigandi cauſſam habuerit, eorum compenſatio.

Formula in Poſſeſſorio Summario, ſeu Summariiſſimo:

Auf Vorbringen, und erfolgte Geſätze, ſeu quando demonſtratio poſſeſſionis actori iniuncta & plene peracta:

Auf

Auf Klage, Antwort, verführte Beſcheinigung, auch erfolgte Geſätze ꝛc. Daraus ſo viel zu befinden, daß Kläger bey der Poſſeſſ uel quaſi des libellirten Guthes (Gerechtigkeit) ſo lange, biß Beklagter in poſſeſſorio ordinario, oder petitorio, ein anders ausgeführet, billig zu ſchützen. Additur etiam, actore inprimis urgente, condemnatio in reſtitutionem damnorum & expenſarum. Vbi tamen cautela pro actore, ut hanc non facile expetat. Namque ſi haec abſit, & ſententia ſuper ſola poſſeſſione uel quaſi praeſentanea lata ſit, remediis ſuſpenſiuis, ut leuterationi, appellationi, iuxta ueriorem ſententiam, in Sax. paſſim receptam, locus haut eſt, per *L. un. Cod. Si de mom. poſſeſſ.* Caeterum olim in ſententiis condemnatoriis haec formula: So lange biß Beklagter ein anders ordentlich ausgeführet, uſurpari ſolebat; ſed illa, tanquam minus accurata, pridem e foro eliminata eſt. Nam iudicium petitorium non ſemper eſt ordinarium; ſed & ſummarium, imo & executiuum, eſſe poteſt.

§ X. Quando damnum, per uim expulſiuam aut ablatiuam, paſſus quis eſt, duplex iuramentum decerni ſolet; unum minorationis, der Verminderungs-Eyd, de quo peculiaris titulus in Ordinat. Proceſſus Sax. extat; alte-

alterum Zenonianum, quod in ipſo foro Sax. hodie illo frequentius eſſe ſolet. Illud imponitur reo, hoc uero actori.

Formula caſus prioris:

Auf Vorbringen, übergebene Liquidation, und erfolgte Geſätze, in Sachen N. N. Klägers an einem, N. N. Beklagten andern Theils ꝛc. Daß die libellirte Summa der 1000. Rthl. an erlittenen Schäden, auf 600. Rthl. billig zu mäßigen, und iſt Beklagter ſolche, in ſo weit er ſie durch ſeinen leiblichen Eyd zu vermindern nicht gemeinet, Klägern, nebſt den Unkoſten, ſo auf ꝛc. zu mäßigen, zu erſtatten ſchuldig.

Formula caſus poſterioris:

Auf Vorbringen, übergebene Liquidation ꝛc. Daß die libellirte Summa ꝛc. zu mäßigen; Würde nun Kläger, daß die von ihm erlittene Schäden unter obige Summa der 600. Rthl. ſich nicht belauffen, ſchweren, immaſſen vor allen Dingen zu beſchehen, ſo iſt Beklagter ſolche Summa ꝛc. Die Unkoſten hingegen, ſo auf ꝛc. zu mäßigen, ſchlechterdings zu erſtatten ſchuldig.

§. XI. Quando ſententia ſuper Arreſto eſt ferenda, formalium, ut uocantur, mentio fit, reusque condemnatur, & ſimul additur, quod creditor per arreſtum ius reale in bonis creditoris conſecutus ſit. Formula:

Auf

Auf Vorbringen, und erfolgte Geſätze in Arreſt-Sachen N. N. Klägers an einem, N. N. Beklagten andern Theils ꝛc. Dieweil Beklagter die producirte Handſchrifft recognoſciret, ſo iſt er Klägern die darinn enthaltene Summa der 1000. Rthl. nebſt dem Intereſſe morae, in Sächſiſcher Friſt, bey Vermeidung der Hülffe, zu bezahlen, ſowohl die verurſachten Unkoſten, davon die ꝛc. zu mäßigen, zu erſtatten ſchuldig, und iſt im übrigen der angelegte Arreſt in ſeinen Formalien beſtändig, derowegen Kläger in Beklagtens Vermögen ein dinglich Recht, vermöge deſſen er vor allen Gläubigern, ſo kein beſſer Recht haben, daraus zu befriedigen, erlanget.

## CAPVT. VI.

## DE REMEDIIS SVSPENSIVIS.

### §. I.

Remedium ſuſpenſiuum Iuris Ciuilis eſt *Appellatio*. Alibi alia huiusmodi remedia acceſſerunt. In Saxonia acceſſit *Leuteratio*. Vtriusque differentia potiſſimum haec eſt, quod leuteratio tantum ſit remedium ſuſpenſiuum, ſed appellatio ſit ſimul remedium deuolutiuum; h. e. in leuteratione

cauſa penes eundem iudicem manet, in appellatione autem ad iudicem ſuperiorem deuoluitur. Vnde nec noua inſtantia proprie in leuteratione occurrit, ſed tantum in appellatione; ut hinc improprie ualde in foro loquantur, cum dicunt, die Leuterungs-Inſtanz.

§. II. Ratione modi pronunciandi haec etiam differentia ſubeſt, quod in leuteratione tantum dicatur, Kläger und Beklagter, in appellatione autem, Appellant, und Appellat. Quando formalia leuterationis ſe recte habent, eorum mentio nulla fit in ſententia; quod ſecus eſt in appellatione. Illud uero utrique remedio commune eſt, quod in exordio ſententiae ſemper priori loco nominetur is, qui remedio leuterationis uel appellationis eſt uſus, ſiue actor, ſiue reus, ſit.

§. III. Prius de *Leuteratione*. Huius grauamina ſi nullius omnino momenti ſint, ſententia prior confirmatur, adiecta condemnatione in expenſas retardati proceſſus. Vbi & obiter haec ſtyli diuerſitas eſt notanda. Nam expenſae retardati proceſſus eo ſolo caſu dicuntur, ubi prior ſententia, ſiue leuteratione, ſiue appellatione ſuſpenſa, confirmatur. Adeoque non debent confundi, quod a multis fit, cum expenſis termini,

uel

uel etiam expenſis totius proceſſus. Formula:

Auf Leuterungs-Schrifft und erfolgte Geſätze, in Sachen N. N. Beklagten an einem, N. N. Klägern andern Theils, erkennen wir vor recht ꝛc. daß es, der eingewandten Leuterung ungeacht, bey dem am 1. Decembr. des abgewichenen 1722. Jahres eröffneten Urthel, (ertheilten Beſcheid,) billig bleibet; Es iſt auch Beklagter die expenſas retardati proceſſus, nach vorgehender deren Liquidation und unſerer Ermäßigung, Klägern zu erſtatten ſchuldig.

§. IV. Interdum declaratio, eine Erklährung, adiicitur, ubi condemnatio in expenſas regulariter omittitur. Formula:

Auf Leuterungs-Schrifft ꝛc. Daß es der eingewandten Leuterung ungeacht, bey dem ꝛc. billig bleibet, iedoch mit dieſer Erklährung, daß durch die erkannte Rthlr. nicht Species, ſondern Current-Geld, zu verſtehen.

§. V. Sin autem grauamina alicuius momenti ſint, prior ſententia corrigitur, ſeu reformatur, omiſſis ſemper expenſis retardati proceſſus. Formula:

Auf Leuterungs-Schrifft ꝛc. Nunmehro aus denen Acten, und der Partheyen rechtlichen Einbringen, allenthalben ſoviel zu befinden, daß Beklagter Klägern die libellirten 1000. Rthlr. nebſt dem Intereſſe morae zu bezahlen,

nicht ſchuldig, ſondern von der angeſtellten Klage zu entbinden und loßzuzehlen ꝛc.

§. VI. Interdum prior ſententia ex parte confirmatur, ex parte uero corrigitur; quo caſu correctoria ſemper priorem locum occupat. Formula:

Auf Leuterungs-Schrifft ꝛc. Nunmehro, was das erſte Grauamen betrifft, aus denen Acten, und der Partheyen rechtlichem Einbringen, ſo viel zu befinden, daß Beklagter ꝛc. nicht ſchuldig, dahingegen es im übrigen, der eingewandten Leuterung ungeachtet, bey vorigem Urthel billig bleibet.

§. VII. Si formalia non recte habeant, ſiue in leuteratione, ſiue in appellatione, leuteratus, ſiue appellatus, ſine diſcrimine uincit; etſi grauamina maximi momenti fuerint, quippe quorum nulla ratio habetur. Quod ſi autem, ipſa etiam grauamina nullius momenti eſſe, appareat, prior ſententia itidem confirmari poteſt.

Formula caſus prioris:

Auf Vorbringen, beſchuldigten Ungehorſam, und erfolgte Geſätze, in Sachen N.N. &c. Daß die eingewandte Leuterung (Appellation) nicht zuläßig, uel: deſert und erloſchen. Es iſt auch Beklagter (Appellant) die dißfalls verurſachten Unkoſten, nach vorgehender deren

ren Liquidation, und richterlichen Ermäßigung, Klägern (Appellaten) zu erſtatten ſchuldig.

Formula caſus poſterioris:

Auf Leuterungs-Schrifft und erfolgte Geſätze in Sachen N. N. Klägers an einem, N. N. Beklagten andern Theils ꝛc. daß es, der eingewandten Leuterung, wenn gleich ſolche nicht unzuläßig, (deſert und erloſchen,) ungeacht, bey unſerm vorigen Urtheil bleibet.

§. VIII. Quando in appellationis inſtantia prior ſententia pure confirmatur. Formula haec uſurpari ſolet:

In Appellations-Sachen N. N. Appellanten an einem, N. N. Appellaten andern Theils ꝛc. Daß die eingewandte Appellation in ihren Formalien beſtändig, und zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachſen, der Materialien halber erſcheinet aus den Acten und der Partheyen rechtlichen Einbringen allenthalben ſo viel, daß in erſter Inſtanz wohl geſprochen, (wohl verabſchiedet, aliquando etiam: wohl verfahren) und übel appelliret, derowegen dieſe Sache an deren vorigen Richter zu remittiren, immaſſen wir ſie hiermit dahin remittiren und weiſen; Es iſt auch Appellant die expenſas retardati proceſſus &c. Appellaten zu erſtatten ſchuldig.

Vbi obiter notandum, quod, quando ſuper appellatione fertur ſententia ab ipſo iudice, aut eius nomine, in introitu ſimpliciter poni ſoleat, in Appellations-Sachen; Contra ſi Iudici interroganti Collegium Iuridicum de iure reſpondeat, introitus ita formetur: Als derſelbe uns eingewandte Appellation, deren Iuſtification, und erfolgte Geſätze, in Sachen ꝛc.

§. IX. Si appareat, grauamina alicuius eſſe momenti, prior ſententia mutatur ſeu corrigitur, omiſſis rurſus expenſis. Formula:

In Appellations-Sachen ꝛc. Daß die eingewandte Appellation in ihren Formalien beſtändig ꝛc. der Materialien halber erſcheinet ꝛc. ſoviel, daß in erſter Inſtanz übel geſprochen, (übel verabſchiedet, uel: übel verfahren,) und wohl appelliret, derowegen Appellant die libellirten 1000. Rthlr. Appellaten zu bezahlen nicht ſchuldig, ſondern von der angeſtellten Klage zu entbinden, immaſſen wir ihn hiermit davon entbinden und loßzehlen.

§. X. Interdum in appellatione perinde, ut in leuteratione, ſententia declaratoria annectitur, Erkläͤhrung. Quo caſu praetermiſſis uerbis: übel appelliret, haec tantum uerba, wohl geſprochen, poni ſolent. Formula:

In

In Appellations-Sachen ꝛc. Daß die eingewandte Appellation ꝛc. Der Materialien halber erſcheinet ꝛc. ſo viel, daß wohl geſprochen, iedoch mit dieſer Erklärung, daß durch die erkannten Rthlr. nicht Species, ſondern Current-Geld zu verſtehen.

§. XI. Quandoque etiam hic ſententia prioris inſtantiae ex parte corrigitur, ex parte autem confirmatur. Formula:

In Appellations-Sachen ꝛc. daß die eingewande Appellation ꝛc. Der Materialien halber erſcheinet ꝛc. ſo viel, daß, was das erſte Grauamen anbetrifft, in der erſten Inſtanz übel geſprochen und wohl appelliret, derowegen Appellant die libellirten 1000. Rthl. Appellaten zu erſtatten nicht ſchuldig. Im übrigen iſt wohl geſprochen, und übel appelliret.

# IVRISPRUDENTIAE FORMULARIAE
# *PARS POSTERIOR*
## DE
## MODO PRONVNCIANDI IN PROCESSV CRIMINALI.

## *CAPVT I.*
### DE
### INQVISITIONE IN GENERE.

§. I.

INquiſitio, in primis hodie, ad iudicis officium pertinet, neque accuſatorem praerequirit.

§. II. Diuidi ſolet in generalem, & ſpecialem. Illa hanc ut plurimum praecedit, atque ad eandem quaſi uiam praeparat, in eaque ſolicitus eſt iudex, ut de Corpore delicti, ſeu quod tale reuera ſit perpetratum, & quis probabiliter illud commiſerit, certior reddatur. Formula:

Auf angebrachte Rüge, und gehaltene Gerichtliche Regiſtraturen, N. N. betreffend, erkennen ꝛc. Daß zuförderſt von dem Corpore Delicti, ob dergleichen würcklichen begangen,

und

und wider wen ſich dißfalls einige Indicia und Vermuthungen hervorthun, durch Abhörung Zeugen, ſo viel deren zu erlangen, und ſonſt, gnugſame Erkundigung einzuziehen, worauf, wie weiter in der Sache zu verfahren, ferner ergehet, was Recht iſt.

§. III. Generalem inquiſitionem excipit ſpecialis, quae aduerſus perſonam, ſufficientibus indiciis oneratam, dirigitur; cuius formale, ut ita loquar, eſt interrogatio & reſponſio ad certos articulos, qui inquiſitionales audiunt; quam ſaepius ſuſpenſio ab officio comitatur, eidemque interrogatio ſummaria, i. e. ſine articulis, eine ſummariſche Vernehmung, praemitti ſolet; imo, ſi delictum graue haut ſit, uel etiam indicia ſint leuiora, & reus honeſtioris conditionis, haec ſola decerni ſolet. Formula:

Auf gehaltene gerichtliche Regiſtraturen N.N. betreffend, erkennen ꝛc. Daß obgedachter N.N. über das ihm beygemeſſene Verbrechen, (Begünſtigung) iedoch noch zur Zeit nur ſummariſch, zu vernehmen, worauf in der Sache ferner ergehet, was Recht iſt.

Vbi notandum, quod verbum, Begünſtigung, in primis ex uſu fori Sax. de leuioribus delictis praedicari ſoleat.

§. IV. Formula dictandi inquiſitionem ſpecialem haec adhiberi conſueuit:

Auf die wider N. N. ergangene Acten erkennen ꝛc. Daß wider obgedachten N. N. mit der Special-Inquiſition gebührend zu verfahren, derowegen derſelbe über gewiſſe Articul zu vernehmen, über dasjenige, ſo er verneinet, Zeugen, ſo viel deren zu erlangen, vermittelſt Eydes, abzuhören, auch, da nöthig, mit Inquiſiten zu confrontiren, worauf, und wenn er mit ſeiner Haupt-Defenſion eingekommen, ferner ergehet, was Recht iſt.

§. V. Quod ſi reus aduerſus inquiſitionem ſpecialem, quam uel metuit, uel quae ipſi iam per ſententiam dictata eſt, ſe defendere cupiat, ponderatis rite circumſtantiis, aeſtimari debet, utrum defenſio pro auertenda inquiſitione eidem concedi debeat, nec ne.

Formula in caſu priori:

Daß N. N. die geſuchte Defenſion, pro auertenda inquiſitione, billig zu verſtatten, er iſt aber darmit in 4. wöchentlicher Friſt (adduntur quandoque uerba: bey deren Verluſt) einzukommen, ſchuldig.

Formula in caſu poſteriori:

Daß N.N. Suchen, geſtalten Sachen nach, nicht ſtatt hat, ſondern es iſt derſelbe zuförderſt,

derſt, erkannter maſſen, auf gewiſſe Inquiſitional-Articul zu antworten ſchuldig.

§. VI. Aliquando nouum ſpatium indulgetur. Formula:

Daß N. N. damit er ſich übereilens nicht zu beſchweren, zu Führung ſeiner Defenſion, eine anderweitige vier wöchentliche Friſt einzuräumen.

§. VII. Reſponſio ad articulos eſt uel uera, quae actu fit, uel ficta, quae fingitur facta eſſe; puta, ſi reus contumax, cum legitime, aliquando edictaliter; citatus fuerit, in termino praeſtituto emanſerit; tum enim, ſi commibatio praeceſſerit, pro confeſſo & conuicto, per ſententiam declaratur.

§. VIII. Circa poenam uero tali caſu dictandam, diſtinguendum, utrum illa Corporis afflictiua ſit, nec ne. Priori caſu, ficta confeſſio ad eam infligendam haut ſufficit, ſed declaratio rei pro confeſſo & conuicto, eundem ſolum, ſi deinceps deprehendatur, & delictum a ſe admiſſum eſſe neget, ad torturam grauat. Poſteriori uero caſu nihil impedit, quo minus ſtatim definitiue, condemnando reum, eidemque poenam, etiam relegationis, pro re nata, dictando, pronuncietur. Formula in caſu priori:

Auf

Auf die wider N. N. ergangene Inquiſition-Acten erkennen ꝛc. Daß nunmehro Inquiſit N. N. pro confeſſo & conuicto billig zu achten; Würde nun derſelbe zur gefänglichen Hafft gebracht, immaſſen vor allen Dingen zu beſchehen; So ergehet in der Sache ferner was Recht iſt.

Formula in caſu poſteriori:

Auf die wider N. N. &c. Daß nunmehro Inquiſit N. N. pro confeſſo & conuicto zu achten. Derowegen er, ſeines Verbrechens halber, u. g. zwey Jahr lang des Landes zu verweiſen, ſowohl zu Erſtattung derer durch dieſen Inquiſition-Proceſſ verurſachten Unkoſten anzuhalten.

§. IX. Quando reus actu & uere ad articulos inquiſitionales reſpondet, uel fatetur delictum, uel illud inficiatur. Vtroque caſu, antequam acta ad Collegium Iuridicum transmittantur, aut in cauſſa ſententia feratur, permitti reo ſolet, ut, ſi uelit, intra certum tempus defenſionem Iudici exhibeat, ſiue pro auertenda, quam metuit, tortura, ſiue, pro minuenda poena.

§. X. Vera, eademque affirmatiue, facta rei confeſſio, eum effectum habet, ut condemnetur. Poena pro ratione & grauitate delicti imponitur, ubi obſeruandum, quod, cum

cum uel tortura, uel poena corporis afflicti-ua dictatur, ſemper rationes ſententiae addi debeant. Formula, ubi poena eſt fuſtigationis:

Auf angebrachte Rüge, eingezogene Erkundigung, gehaltene gerichtliche Regiſtraturen, und daraus verfaßte Inquiſitional-Articul, ſowohl N. N. darauf gethane gütliche Antwort, unterſchiedlicher Zeugen eydliche Auſſagen, angeſtellte Confrontation, und was Inquiſit zu ſeiner Defenſion in Schrifften übergeben, erkennen ꝛc. Hat obgedachter Inquiſit N. N. als er ſowohl ſummariſch, als Articulsweiſe, vernommen worden, in Güte bekannt, und geſtanden, daß, ꝛc. Sequitur confeſſio delicti, cum omnibus circumſtantiis, quae nempe ad rem faciunt. Si confeſſio ſit plana & rotunda, & reus pro ſui excuſatione nihil attulerit, ſubiicitur ſtatim concluſio, ſeu ipſa condemnatio, uerbis: Daferne nun Inquiſit N. N. auf ſolchem ſeinem Bekäntniß vor Gerichte nochmahls freywillig verharret, ſo iſt er, ſeines begangenen und geſtandenen Verbrechens halber, mit Staupen-Schlägen des Landes (in Sax. Elect. adduntur hodie uerba, worunter auch die Sächſiſchen Querfurtiſchen Lande zu verſtehen,) ewig zu verweiſen.

Sin

Sin autem aliqua defenſionis capita, ſed nullius momenti, reus in defenſione attulerit, eadem, adiectis rationibus dubitandi & decidendi, remouentur. Introitus ſententiae manet idem, nec non ſpecies facti, quae confeſſionem rei, ut uidimus, continet. Formula:

Auf angebrachte Rüge ꝛc. Hat Inquiſit N. N. als er ſowohl ſummariſch, als auf gewiſſe Articul vernommen worden, in Güte bekannt und geſtanden, daß er ꝛc. Ob nun wohl derſelbe zu ſeiner Defenſion angeführet, daß ꝛc.

Dieweil aber dennoch ſolches Einwenden ihm keines weges zu ſtatten kommen mag, in mehrern Erwegung, daß ꝛc. So erſcheinet dannenhero ſo viel, daß, im Fall Inquiſit auf ſolchem ſeinem Geſtändniß vor Gerichte nochmahls freywillig verharret ꝛc.

§. XI. In poena capitali dictanda eadem omnia obtinent, niſi, quod concluſio, ſeu condemnatio, ita inſtrui ſoleat: Daferne nun Inquiſit N. N. auf ſolchem ſeinem Geſtändniß vor öffentlich gehegtem Peinlichen Halß-Gerichte nochmahls freywillig verharret, oder deſ ſonſt, wie Recht, überführet worden; So iſt er, ſeines Verbrechens halber, u. g. mit dem

Schwerdt,

Schwerdt, mit dem Strange ꝛc. vom Leben zum Tode zu richten.

§. XII. Sin reus, delictum a ſe admiſſum eſſe, neget, utendum eſt eruendae ueritatis remedio; quod eſt tortura, ſiue ſpiritualis, ſiue corporalis; pro grauitate delicti atque indiciorum.

§. XIII. Quod ſi omnia indicia, quae reum premebant, ab ipſo in defenſione plene eliſa fuerint, ſimpliciter ab inquiſitione abſoluendus eſt. Formula:

Auf angebrachte Rüge, eingezogene Erkundigung ꝛc. erkennen ꝛc. Daraus ſoviel zu befinden, daß Inquiſit N. N. von der wider ihn angeſtellten Inquiſition zu entbinden, immaſſen wir ihn hiermit darvon entbinden und loßzehlen.

Adiecta regulariter abſolutione etiam ab expenſis, per uerba:

Er iſt auch mit Erſtattung derer Unkoſten, auſſer denen, die auf ſeine Defenſion gegangen, zu verſchonen, und ſind ſolche Gerichts-(Amts) wegen, billig zu übertragen.

§. XIV. Sententiam condemnatoriam ſequitur eius executio, iuſſu & auctoritate Magiſtratus, peragenda.

§. XV. Hactenus de Proceſſu Inquiſitorio in genere, & ſummatim actum; nunc uero ad praecipua illius capita, diſtinctius tradenda, deſcendemus.

## CAPVT II.
## DE
## CORPORE DELICTI.

§. I.

DIximus, inquiſitioni ſpeciali, regulariter, generalem praemitti. Haec uero duabus partibus abſoluitur; (1) inueſtigatione corporis delicti, (2) ipſius delinquentis.

§. II. Prima Iudicis cura in eo uerſari debet, ut ipſi de corpore delicti, quantum fieri poteſt, conſtet, ſeu, ut certus ſit, crimen, de quo inquirendum, re uera commiſſum eſſe. *Vid. Ord. Crim. Car. Art. 6. Ord. Polit. Elect. Sax. de Anno 1612. tit.* von *Iuſtitien*-Sachen, *num. 5.*

§. III. Triplex autem potiſſimum eſt indagatio corporis delicti. Vna fit ad effectum inquirendi, altera, ad effectum torquendi, tertia, ad effectum condemnandi reum. In iſta, maior, quam in illa, in hac uero, maxima, certitudo corporis delicti requiritur.

§. IV. Nempe, ut inquiſitioni ſpeciali locus ſit, etiam probabilia indicia corporis delicti ſufficiunt, u. g. unius teſtis iurata depoſitio, aut denunciatio, iureiurando confirma-

firmata, de quo in *Cap. ſeq.* ex inſtituto agetur. Saepenumero enim crimen eius generis eſt, ut corpus delicti in ſenſus haut incurrat, aliquando etiam illud, malitia delinquentium, oculis hominum ſubducitur, ut puta, ſi cadauer hominis occiſi, in flumen proiectum, reperiri nequeat. Namque alias, plurima delicta, cum maximo reipublicae damno, impunita relinquerentur.

§. V. Vt reus tormentis ſubiici poſſit, maiori certitudine corporis delicti opus eſt, non tamen praeciſe plena & indubitata, ſi talis haberi nequeat. Nam, & ſaepenumero, exacta de corpore delicti certitudo, demum mediante tortura, eruitur & obtinetur. *Vid. Ord. Crim. art. 8. pr.* Praeſertim cum territio realis, die Daum-Stöcke, etiam tunc locum habeant, quando tantum ad poenam fuſtigationis perueniri poteſt, ad quam infligendam, ut de corpore delicti plene conſtet, neceſſe haut eſt.

§. VI. Aſt, ubi condemnandus eſt reus ad poenam mortis ſubeundam, corpus delicti omnino certum & ad liquidum perductum eſſe debet, neque enim, ad hanc irrogandam, ſola rei confeſſio ſufficit, ſed aliunde, de ueritate criminis admiſſi, clariſſime conſtare debet. *Add. P. IV. Conſt. El. Sax. 33.*

§. VII. Vbi ſedulo notanda diſtinctio, inter delicta facti permanentis, & tranſeuntis, in illis, de corpore delicti indubitata magis, quam in his, certitudo haberi poteſt. Speciatim, circa homicidii crimen, obſeruandum, quod ſatis haut ſit, cadauer hominis occiſi repertum eſſe, ſed ſimul certum eſſe debeat, uulnus inflictum fuiſſe lethale, ſeu, hominem ex illo, non aliunde periiſſe, quo fine ſectio cadaueris, iuxta praeſcriptum *Ord. Crim.* quam fieri poteſt, citiſſime inſtitui, & unius, uel plurium medicorum, iudicium, de lethalitate uulneris, ad acta referri debet. Namq; ſi ſaltem dubium relinquatur, utrum uulnus mortiferum fuerit, nec ne, non niſi extraordinaria poena dictatur. *Vid. Ord. Crim. art. 147. pr. & art. 148.* uerſu: Wäre aber.

§. VIII. In delictis, facti tranſeuntis, quae nulla poſt ſe certa ueſtigia relinquunt, corpus delicti repraeſentat rei confeſſio, ualidiſſimis coniecturis atque indiciis, aliunde petitis, ſtipata, quo pertinent ſigillatim delicta carnis, ut uulgo audiunt, puta, inceſtus, ſtuprum uiolentum, adulterium, in quibus mortis ſupplicium tunc demum irrogari ſolet, ubi utriusque partis confeſſio adfuerit, quae utraque, demum coniunctim, corpus delicti certum reddere intelligitur, unde, ſi

alter

alter correus, uel iam mortuus, uel in fuga conſtitutus, eoque abſens fuerit, non capitis, ſed tantum extraordinaria poena, u. g. fuſtigationis, reo praeſenti, & delictum confeſſo, irrogatur.

§. IX. Quae, praeter ea, ad hanc materiam notari merentur, ea ex inſtituto tradidi in Diſſ. de Corpore Delicti, quae extat in *Select. Obſ. For. P. IV. Obſ. 4.*

## *CAPVT III.*

## DE INDICIIS, AD SPECIALEM INQVISITIONEM SVFFICIENTIBVS.

§. I.

Altera pars inquiſitionis generalis in hoc occupatur, ut conquirantur indicia, quae ad inquirendum, aduerſus certam perſonam, iudicem permouere queant, neque enim ſpeciali inquiſitioni locus eſt, niſi & qualitas delicti eandem permittat, atque indicia reum, praeſertim, ſi honeſtioris conditionis ſit, urgeant.

§. II. Qualitas delicti ea eſſe debet, ut poena corporis afflictiua, uel ſaltem relegationis, ſiue perpetuae, ſiue temporalis,

locum habere poſſit. Vnde duplex regula notanda.

§. III. Prior eſt, nemo tenetur neceſſitatem, ad articulos inquiſitionales reſpondendi, ſubire, ſi delictum, cuius arguitur, non ſit eius generis, ut ad minimum ad poenam relegationis deuenire poſſit, ſecus ſi fuerit, non, niſi ſummaria reſponſio, ut capite primo dictum, quae exiſtimationem haut grauat, dictatur. Neque uero inter hanc, & ſpecialem inquiſitionem, medium aliquod genus datur, nam reſponſionem ad certa puncta, ut quidam uocant, uſus fori non recepit, utut a Scabinis Lipſ. eandem aliquando dictatam fuiſſe, recorder.

§. IV. Altera regula eſt, nemini poena uel corporis afflictiua, uel relegationis, etiam ad unicum ſolum annum, per ſententiam dictatur, niſi prius ad articulos inquiſitionales reſponderit, a qua tamen regula excipiendus eſt caſus, ubi aliud expreſſa lege conſtitutum eſt, ut in Sax. El. per *Mand. de Anno 1713. d. 27. Iul.* nempe quoad uiolentos & ſeditioſos fures & praedones. In aliis igitur caſibus, memoratae regulae inhaerendum eſt; unde laudatum Mandatum ad alia furta, licet cum aliquali effractione

com-

commiſſa, male a iudicibus nonnullis extendi, docui in *Sel. Obſ. For. P. V. Obſ. 1.*

§. V. Quando certum eſt, delictum, quod perpetratum eſſe dicitur, eius generis eſſe, ut ſaltem relegationis poena locum habere poſſit; inquiſitio tamen ſpecialis non aliter decerni, aut ad eam procedi debet, quam ſi indicia, quæ ad inquirendum aduerſus certam perſonam ſufficiunt, concurrant. Eſt uero indicium in genere nihil aliud, quam factum, aut ſaltem facti ueſtigium, atque circumſtantia, unde probabilis coniectura, de crimine admiſſo, aduerſus certam perſonam oritur.

§. VI. Quaenam uero indicia ad ſpecialem inquiſitionem ſufficiant, difficile dictu eſt, nec certis regulis comprehendi poteſt, & fere ab arbitrio iudicantium pendet, qui, habita circumſtantiarum ratione, aeſtimare debent, utrum tam grauia ſint, ut inquiſitioni ſpeciali locus relinqui poſſit, nec ne, quod ſi Iudex, ut ſaepe fieri ſolet, dubius & anceps haereat, praeſertim, ſi aduerſus perſonam, ſiue genere, ſiue dignitate, conſpicuam, procedendum, conſultum eſt, ut acta cum indiciis, ad Collegium prudentum transmittat, eiusdemque iudicium expetat.

§. VII. Speciatim huc pertinet (1) *inimicitia grauis & capitalis*, *Ord. Crim. art.* 25. uerbis, zum fünfften, ſed hic prudentis Iudicis arbitrio opus eſt, neque enim illa usque quaque & ſine diſcrimine, ad ſpecialem inquiſitionem ſufficit; ſigillatim requiri ſolet, ut minae de hoc uel illo damno inferendo, quod poſtea ſecutum eſt, acceſſerint, u. g. in crimine incendii, ſi inimicus, aedibus alterius ignem ſe ſubiecturum, antea minatus fuerit.

§. VIII. Aliud indicium eſt (2) *diffamatio*, quando ſcilicet publica fama fertur, delictum a certa perſona commiſſum eſſe. *Ord. Crim. art.* 6. *ibi:* einer Ubelthat durch gemeinen Leimuth berüchtiget. Si modo fama ex uiris, fide dignis, orta ſit. Vnde nulla fides habetur teſti, de fama deponenti, niſi auctorem ſuum nominare queat. Immo, in uniuerſum lubricum & fallax eſt hoc indicium, atque adeo ſolum, omni alio indicio deficiente, ad inquiſitionem, aduerſus perſonam, in primis honoratiorem, haut ſufficit, nam, uti Poeta habet:

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum,
Mobilitate uiget, uireſque acquirit eundo.

Parua

Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.
Tam falſi prauique tenax, quam nuncia ueri.

Accedit, quod tantum non ſemper difficillima ſit inueſtigatio primi auctoris, a quo fama ſuam originem accepit. Add. *L. 12. §. 1. C. de Poen.*

§. IX. Huc refertur (3) *denunciatio partis offenſae*, quae tamen non aliter, quam iureiurando confirmata, indicium praebere poteſt; ad quod, utrum denuncians ſtatim admitti debeat, prudentis Iudicis arbitrio relinquitur.

§. X. Non uero ſola *inculpatio* complicis delicti, ſeu correi, ad ſpecialem inquiſitionem ſufficit. Nempe ei, qui delictum fatetur, in ipſius quidem praeiudicium creditur, ſed non in praeiudicium tertii; quem huiusmodi inculpatio nullo modo grauare poteſt. Equidem ante hac, uſu fori, praeſertim in Dicaſteriis Wittenbergenſibus, inualuerat limitatio, in femina ſoluta, maritum, adulterii ſecum admiſſi, reum agente, quod nimirum huiusmodi nomina-

tione ipſa ſibi detrimentum afferat, ut poena fuſtigationis ipſi ſubeunda ſit, adeoque non plane nullam fidem mereatur, ſed uero, & illa limitatio, cum nulla, uel Lege, uel ſolida ratione, nitatur, hodie non amplius attendi ſolet, fieri enim poteſt, ut maritus quidem coadulter ſit, ſed non praeciſe ille, quem ſocia criminis nominauit, quo caſu inculpatio mariti, nihil omnino ad poenam augendam facit.

§. XI. Pertinet huc (4) *praeſentia rei in loco ſuſpecto*, & quidem more inſolito, eoque tempore, quo crimen commiſſum, *Ord. Crim. art. 25. uerſ.* Zum andern. Quo fine ſolent interdum ueſtigia niui, aut terrae humidae, impreſſa, attentius conſiderari, an formae calceorum, quibus reus indui ſolet, aut pedis, congruant; quod ipſum tamen, ſeorſim ſpectatum, fragile & leuiſſimi momenti indicium plerumque eſt, neque adeo ſolum, ad ſpecialem inquiſitionem, praeſertim contra perſonam honeſtiorem, ſufficit.

§. XII. Succedit (5) *Conuerſatio cum hominibus facinoroſis. Ord. Crim. c. art. 25. uerſ.* zum vierdten. Niſi haec ex ignorantia probabili profecta ſit, aut iuſtas cauſſas pro fundamento habeat.

(6) *Moribundi affirmatio*, u. g. de uulnere ab

ab hoc, uel illo, accepto, ſi deinceps morte confirmetur. *Ord. Crim. c. l. uerſ.* zum ſechſten. Quo tamen caſu prudentis Iudicis arbitrio opus eſt, ut aeſtimet, quanta fides aſſertioni morientis haberi debeat; quo pertinet uulgatum illud, quod non omnis moriens ſit *Ioannes Euangeliſta.* Exculpatio autem uulnerati eo grauius pondus habet, quo maior eſt defenſionis fauor, ſi modo non appareat, eandem ex affectu prouenisſe. (7) *Fuga, Ord. Crim. art. 25. in fin.* Ex qua tamen, non aliter, indicium ad ſpecialem inquiſitionem ſufficiens, exſculpi poteſt, quam, ſi ob nullam probabilem & iuſtam cauſſam arrepta fuerit, ſecus ergo eſt, ſi metu capeſſita, namque iuxta uulgatum illud, melius extra carcerem, quam in carcere reſpondere.

§. XIII. Refertur huc (8) *uariatio rei* in ſummaria reſponſione, ſi modo circa eas circumſtantias, quae releuant, & alicuius momenti ſunt, facta ſit, & praeſertim principale negotium ſpectent, quam, cum, haut raro, reus eiusque defenſor deinceps in dubium uocare, immo, prorſus negare, ſoleat, expedit, reſponſionem ipſi in continenti rurſus praelegi. (9) Si quis delictum denunciaturo *pecuniam*, uel aliud quid *dederit*, aut ſaltem *obtulerit*, ne ipſum deferret. (10) Si

 quis

quis iam in *ſimili caſu reus*, atque *punitus* fuerit, iuxta illud notiſſimum: *Qui ſemel malus, ſemper talis eſſe praeſumitur.* Quod tamen ad idem genus delicti reſtringendum; de quo *B. Hornius* peculiari Commentatione ex inſtituto egit; neque hoc indicium ad inquiſitionem ſpecialem ſufficit, ſed fere tantum aliis indiciis adminiculum praebet.

§. XIV. Non autem ſufficiens indicium eſt, ſola *trepidatio* aut *haeſitatio*, item, reticentia criminis committendi, niſi in crimine laeſae maieſtatis, nec, ſi ad praeſentiam rei ſanguis ex cadauere, in crimine homicidii, fluat, aut occiſus in aedibus alicuius, qui alias non ſuſpectus eſt, reperiatur, item Phyſiognomia, aut natio, unde quis ortus.

## *CAPVT IV.*

## DE COMPETENTIA IVDICIS IN PROCESSV INQVISITORIO.

§. I.

IVdex in criminalibus competens eſſe intelligitur, qui (1) eam iurisdictionis ſpeciem habet, ad quam coercitio delicti, de quo agitur, pertinet, (2) coram quo reus, intuitu inqui-

quiſitionis formandae, forum ſortitur, utrumque enim concurrere oportet.

§. II. Olim, apud Romanos, poteſtas, in criminalibus ius dicendi, atque in reos animaduertendi; magiſtratibus non aliter, competebat, quam, ſi ſpeciali lege iisdem eſſet conceſſa. *L. 1. pr. & §. 11. de Offic. eius, cui mand. eſt iurisd.* Nec ſub uocabulo iurisdictionis regulariter continebatur. *L. 3. ff. de Iurisd. L. 1. §. 4. de Suſpect. tut. & curat.* & ſemper perſonalis erat, nunquam rei, ſeu, praedio, annexa.

§. III. Hodie in uniuerſum alia longe iurisdictionis facies eſt, de qua non ex LL. Romanis, ſed moribus & inſtitutis Germanorum, iudicium ferri debet, apud quos iurisdictio cum primis in ſuperiorem, Ober-Gerichte, & interiorem, Erb- oder Unter-Gerichte, diuiditur, illa etiam criminalis, item alta, haec ciuilis, item baſſa, uocatur.

§. IV. Iudex inferior non tantum in omnibus cauſis ciuilibus, licet grauiſſimi momenti ſint, ſed & ſuper leuioribus delictis, cognoſcit, eademque punit, contra, apud Romanos nullius delicti coercitio, ſi poenam contumaciae excipias, ad ciuilem iurisdictionem pertinebat. Add. *Stryk. Vſu Mod. ff. tit. de Jurisd. §. 8.*

§. V.

§. V. Quorum autem criminum coercitio ad ſuperiorem, uel inferiorem, iurisdictionem pertineat, una, & generali regula, tradi nequit, ſed ex ſpecialibus conuentionibus & conſuetudinibus locorum, quae hic paſſim mire uariant, dependet. Dabimus tamen operam, ut, quantum fieri poteſt, rem paucis quibusdam principiis, quae tum alibi, tum inprimis in foro Sax. locum tueri poſſunt, definiamus.

§. VI. Generaliter tenendum, quod ſpecialem inquiſitionem inſtituere, regulariter fas non ſit inferiori Iudici, ſed ad officium Iudicis ſuperioris pertineat, cum enim non niſi in grauioribus delictis, inquiſitioni ſpeciali locus ſit, ut ſupra uidimus, illorum uero poena ad iurisdictionem ſuperiorem pertineat, conſequitur, hanc quoque, ubi aliud non conuentum, aut conſuetudine receptum, ad eam ſolam reſtringi debere.

§. VII. Aliud dicendum de inquiſitione generali, quae uiam tantum ad ſpecialem praeparat, haec enim ſaepius Magiſtratui, etſi merum imperium non habeat, permittitur, quod & in Academia noſtra intuitu ſtudioſorum, cum grauiorum criminum rei ſunt, uſu uenit, ut, priusquam extraduntur praefecto, qui Principis nomine criminalem iuris-

iurisdictionem exercet, ſummariter audiri, teſtes etiam examinari, ſoleant.

§. VIII. Sed & accuſatio, u. g. fiſcalis, coram Iudice inferiore, in illis criminibus, quorum coercitio ad ipſum ſpectat, recte intentari, uel poena, etiam ex officio, praeuia tamen ſummaria reſponſione, einer ſummariſchen Vernehmung, quae neceſſaria omnino eſt, & ſine qua reus punire nequit, etſi iam forte per teſtes iuratos plene conuictus uideatur, dictari poteſt.

§. IX. Pertinent ſigillatim ad iudicem inferiorem die gemeinen Rügen-Sachen, quae nihil aliud ſunt, quam denunciationes leuiorum delictorum, praeſertim inter ruſticos, ſub praefectura conſtitutos. Vox, Rügen, enim, Saxonibus, & alibi paſſim, nihil aliud denotat, quam denunciare, quamuis, iuxta hodiernum loquendi uſum, haec uox omnes parui momenti liticulas, breuiſſime terminandas, ſiue, delicta, ſiue cauſſas mere ciuiles, concernant, complectatur, in huius generis cauſſis regulariter liberum eſt Iudici, utrum ipſe poenam reo uel confeſſo, uel conuicto, dictare, an deciſum a Collegio Iurisprudentum expetere uelit, niſi, quod omnes Praefecti Circuli El. Sax. die Beamten im Chur-Creyße, huiusmodi cauſas, ab uno anni

qua-

quadrante, ad alterum, collectas, Ordinario ſeu Praeſidi Fac. Iurid. Vitemberg. transmittere teneantur, qui ſolus easdem decidit, ut tamen deciſa non prius, executioni mandentur, quam praeuia ſummi Principis approbatione.

§. X. Quod ſi appareat, reperiri inter has cauſas, quae grauius crimen concernant, & ſpecialem inquiſitionem mereantur, remiſſio ad iudicem ſuperiorem decernitur. Formula:

Daß dieſe Sache von denen gemeinen Rügen zu ſepariren, und wider N. N. von demjenigen, dem die Ober-Gerichte des Orts zuſtehen, mit der Special-Inquiſition gebührend zu verfahren. Cumque tali caſu fas haut ſit, ſingulis ICtis poenam grauiorem dictare, addi ſolet: Worauf, und wenn die Acta in ein Rechts-Collegium verſchicket worden, deſſen Beſtraffung halber, oder ſonſt, ferner ergehet, was Recht iſt.

§. XI. Praeterea notandum, quod regulariter ſuperior Iudex cognoſcat de illis delictis, quorum poena eſt uel corporis afflictiua, uel relegatio, ſiue ſit eine Verweiſung aus dem gantzen Lande, oder nur aus denen Gerichten, a qua omnino differt relegatio Academica Studioſorum, quae hinc dictatur

ab

ab ipſis Academiis, etſi forte mero imperio deſtitutae ſunt.

§. XII. Vbi diligenter notandum, quod ad fundandam, ut loquuntur, ſuperiorem iurisdictionem, ſatis ſit, crimina, in quae memoratae poenae LL. conſtitutae ſunt, in theſi, ſeu, per ſe talia eſſe, etſi non in hypotheſi.

Fieri enim poteſt, ut delictum, quod per ſe capitale, propter circumſtantias & momenta, in defenſione allata, forte tantum carcere, aut mulcta puniatur, de quo nihilo ſecius cognoſcit is, cui iurisdictio ſuperior competit, ad quem etiam tali caſu mulcta pertinere intelligitur.

§. XIII. Quod ſi delictum per ſe non grauiorem, quam carceris, aut pecuniariam poenam mereatur, eius coercitio ad Iudicem ſuperiorem tum demum regulariter pertinet, ſi mulcta maior, aut plurium ſeptimanarum carcer dictari debeat. In Sax. conſuetudo recepta fert, ut Iudex inferior ultra poenam carceris octo dierum, & mulctam quatuor ſexagenarum nouarum, 4. Neue Schock, quarum una duos cum dimidio imperiales, ſicut ſexagena uetus, ein Alt Schock, 20. groſſos conficit, haut progrediatur. Vid. *Carpz. Pr. Crim. P. 3. qu. 109. num. 61. ſeqq.*

§. XIV.

§. XIV. Imo in Sax. Elect. ſuperior iuriſdictio ab inferiori, iuxta enumerationem ſpecierum ſatis diſtincta eſt in *Ord. Proc. de Anno 1555. tit.* Was zu Ober- oder Erb-Gerichte gehöret, cui iungi debet Reſponſum prolixum Scabinorum Lipſienſium, quod recitat *Carpz. l. c. num. 31. ſeqq.* Vtriusque normam, ubi ſpecialis conuentio, aut conſuetudo, doceri nequit, in Praxi ſequimur. Add. *Select. Obſ. For. P. V. Obſ. 121.* Sigillatim ad ſuperiorem iurisdictionem refertur illud furtum, ſo 4. Groſchen oder drüber beträgt, ad inferiorem, eine Deuben, ſo unter 4. Groſchen, item ad ſuperiorem Kämpffer-Fleiſch- und offene Wunden, ad inferiorem reliqua, als braun und blau, *Dn. de Berger. in Oecon. Iur. p. 932. num 2.* Add. *Schottelius de Singul. & antiquis Germanorum Iuribus, c. 7.* von Zent-Recht.

§. XV. Ceterum is, qui aliquo in loco ſuperiorem iurisdictionem habet, cum alius ibidem inferiorem exerceat, immediate reum citare, etiam realiter, pro re nata, poteſt, neque opus, ut inferiorem Iudicem prius requirat, intellige, in caſibus ad ſuperiorem iurisdictionem pertinentibus, neque enim hoc pro uiolatione alienae iurisdictionis uendicari poſſe, manifeſtum eſt. *Carpz. c. l. num. 80.*

§. XVI.

§. XVI. Nec uero ad competentiam Iudicis in criminalibus ſufficit, quod competentem iurisdictionem habeat, ſed, praeter ea, requiritur, ut reus coram ipſo, intuitu criminis, forum ſortiatur. Triplex autem forum ſortitur delinquens: (1) in loco delicti commiſſi, (2) deprehenſionis, (3) domicilii.

§. XVII. Primum forum eſt, ubi delictum commiſſum eſt, hoc ipſo enim, dum quis crimen aliquo in loco perpetrat, eiusdem Legibus ſe ſubiicere cenſetur. Vnde etiam eſt, quod delictum ubicunque tandem inquiſitio inſtituatur, & poena infligatur, iuxta Leges illius loci, ubi admiſſum eſt, coerceri debeat, & ſoleat, quantumuis alia, ſiue grauior, ſiue leuior, poena, in loco domicilii obtineat. Sic u. g. ſubditus loci, ubi adulterii poena forte tantum pecuniaria eſt, ut Iuterbocci, quod in Principatu Querfurtenſi ſitum, ſi in Sax. El. ſe hoc crimine polluat, capite plectitur, & uerſa uice ſubditus Elect. Sax. ſi apud Iuterboccenſes adulterium committat, non niſi mulctam pecuniariam incurrit, quod tamen limitari ſolet in caſu, ubi quis in fraudem Legis, eoque animo, ut grauiori ſe poenae ſubduceret, alibi deliquit.

§. XVIII. Igitur locus delicti, quoad criminalem perſecutionem, indiſtincte forum competens reddit in omni genere delicti; adeo, ut nihil interſit, utrum inchoatum tantum ibi, an conſummatum fuerit, *L. 1. C. Vbi de crim. agi oport.* Ciuilis autem actio, ex delicto ordinario deſcendens, tantum in loco, ubi conſummatum, u. g. ubi iniuria in ſcriptis inſinuata eſt, in iudicium deduci poteſt. *c. L. 1.* Add. *Decif. El. 81.*

§. XIX. Neque intuitu perſonarum delinquentium diſcrimen locum habet, ſed aduerſus omnes, etſi clariſſima dignitate fulgeant, in loco delicti recte proceditur, *L. 1. C. Vbi ſenat. uel clariſſ. ciuil. uel crim. conuen.* Reatus enim fori priuilegium excludit.

§. XX. Nihil etiam Iure Romano intereſt, utrum reus in loco delicti reperiatur, nec ne, ſed & abſens ſiſti debet Magiſtratui loci, ubi crimen commiſſum, *Auth. Qua in prouincia. Vbi de criminibus agi oport.* Moribus uero hodiernis, niſi peculiaris conuentio adſit, huiusmodi remiſſiones delinquentium non amplius ex neceſſitate, ſed libera uoluntate & urbanitate fiunt, & quando fiunt, literae reuerſales, quas uocant, ein Reuers, dari ſolent, quod nempe remiſſio ſeu extraditio rei non fraudi eſſe, aut praeiudicare debeat alte-

rius

rius iuriſdictioni, & quod, ſimili caſu eueniente, & ipſe quis alteri parem in modum gratificari uelit. Formula:

Demnach N. N. mir einen Ubelthäter, Nahmens N. N. ſo unter meinen Gerichten verbrochen, auf mein Anſuchen ausliefern und abfolgen laſſen; Als verreuerſire und verbinde mich hiermit, vor mich und meine Succeſſores im Amte, (künfftige Beſitzer meines Guthes,) daß ſolches wohlermeldtem N.N. und ſeiner Iurisdiction nicht zum Praeiudiz oder Nachtheil gereichen, auch, auf begebende Fälle, ich ihm auf gleiche Weiſe gratificiren wolle. Uhrkundlich ꝛc. Pleniorem formulam uide in *Volckmanno Emendato*, *P. 2. c. 4. n. 11. p. 26. & ſeq.* Ceterum huiusmodi remiſſionem ipſe reus, ſuo diſſenſu, impedire nequit, cum res haec tantum Iudices, quorum uterque competens eſt, concernat. Vid. *Dn. de Berg. Oecon. Iur. p. 332.* ubi etiam *not. 6.* literas reuerſales ſtrictae interpretationis eſſe, adeoque u. g. in cauſſis iniuriarum inter ſubditos datas, ad caſum, ubi iniuria ipſi Iudici intuitu officii facta eſt, haut pertinere, recte monet.

§ XXI. In Sax. El. tamen hoc peculiariter ſancitum, ut Magiſtratus inferiores reum, qui ſub praefectura, unter einem Churfürſt-

F 2 lichen

lichen Amte, graue delictum, quod uel capitis, uel ſaltem corporis afflictiuam poenam, meretur, commiſit, ad Praefectum remittere debeant, ut ab hoc puniatur. *Ord. Prouinc. Sax. de Anno 1555. tit.* Daß man die Ubelthäter. *Reſol. Grau. de A. 1661. tit.* von *Iuſtit*ien-Sachen. §. 15. Quae tamen remittendi reos neceſſitas non perinde Quaeſtoribus incumbit, intuitu der Amts-Unterthanen, ſi ſub iurisdictione Nobilis, aliusue Magiſtratus, deliquerint, ſecus, ſi ſubditus alius Iudicis in huius territorio peccauerit, ac deinceps in praefecturam fugerit, tunc enim Quaeſtor & ipſe eundem remittere iubetur. conf. *Reſol. Grau. §. 16.*

§. XXII. Dantur etiam alii caſus, quibus non tantum Iure Sax. ſed etiam extra Saxoniam, delinquentes remitti ſolent, puta, ſi (1) delinquens eo in loco, ubi delictum commiſit, deprehenſus, atque carceri mancipatus, adeoque Proceſſus Inquiſitionis aduerſus ipſum formatus fuerit, isque poſtea aufugerit. Vid. *L. 30. ff. de Iudic.* Sic enim res non amplius integra eſſe, ſed ius cognoſcendi de crimine idemque coercendi a iudice loci delicti praeoccupatum eſſe intelligitur. Vid. *Dn. Berg. Oecon. Iur. p. 932.* Immo, ad hunc effectum ſufficere, quod literae incarcerationis, ſeu arreſtatoriae, Steck-

Steck-Brieffe, emiſſae ſint, annexo praeiudicio Facultatis Iuridicae Lipſienſ. monet *Dn. Menck. Theoria & Praxi ff. tit. de Cuſtod. & exhibit. reor. p. 1524.* (2) Multo magis remiſſio neceſſaria eſt, ſi iam ad finem perducta ſit inquiſitio, & ſententia condemnationis lata, atque tum demum fuga reus dilabatur, hanc enim quantocius executioni mandari, publice expedit, & incongruum plane eſt, atque aequitati, & rationi, aduerſum, inquiſitionem iam finitam alibi, ab ouo repeti, et ſic actum agi. Add. *Dn. Menck. c. l. Carpz. Pr. Cr. qu. 110. n. 63.* (3) Quando reus in loco delicti deprehenſus, cautionem de iudicio ſiſti praeſtitit, aut ſaltem ſe citatum in iudicio ſemper adfuturum eſſe, promiſit, *arg. L. 7. §. 7. ff. de Pact. L. 20. ff. de Iudic. Dn. Menck. c. l.* (4) Vbiuis fere in Imperio inualuit, ut ad ſtatum confrontationis, quem uocant, tantiſper delinquentes remitti ſoleant, etſi hoc ipſum quoque, magis ex urbanitate, quam aliqua neceſſitate dependeat.

§. XXIII. Alterum itaque forum, quod reus intuitu delicti ſortitur, conſtituit locus deprehenſionis, quod priori, hodie haut paulo efficacius atque potentius eſſe, ex dictis liquet, nec diſtinguitur, utrum reus uagabandus ſit, an certum domicilium alicubi

 con-

conſtitutum habeat. Generaliter enim *L. 1. C. Vbi de crim. agi oport.* loquitur, quod rei criminum, ubi repeciuntur, conueniri poſſint.

§. XXIV. Nec uero tantum poteſt, ſed & tenetur Iudex loci, ubi reus reperitur, aduerſus ipſum ſufficientibus indiciis grauatum, inquiſitionem inſtruere, ſi Iudex loci, ubi delictum admiſſum, forte ſumtus metuens, quieſcat; publice enim intereſt, crimina impunita haut relinqui, *Carpz. Pr. Cr. c. l. n. 72. & ſeqq.*

§. XXV. Tertium forum locus domicilii conſtituit, intelligitur autem domicilium habitationis, *L. 2. C. de Iurisd. L. 1. ff. de Interd. & relegat.* Namque eius domicilii, quod naturale, ſeu originis uocant, ſi reus ibi haut reperiatur, nulla ratio haberi ſolet.

§. XXVI. Hoc domicilii forum, in delictis tum maxime attenditur, quando aduerſus abſentem & fugitiuum bannitorius Proceſſus, der Achts-Proceſſ, inſtituitur.

§. XXVII. Triplici huic foro regulariter ſubiiciuntur omnes, qui delinquunt, excipiuntur tamen (1) Studioſi, Officiales Principis, milites, ſi militare, quod uocant, delictum commiſerint, &, certa ratione, Clerici, qui omnes peculiare, idemque priuilegiatum forum

forum, etiam cum delinquunt, retinent, *Carpz. c. l. n. 78. ſeqq.* (2) Intuitu cauſſae, ſi forte in crimine haereſeos, aut ſimili, de quo ſolus Iudex eccleſiaſticus cognoſcit, inquirendum, item, ſi quis maledicta in Principem euomat, *L. un. C. Si quis Imp. maledix.* (3) Si unus Iudex alterum praeuenerit, de quo ſupra. Addi ſolet denique (4) Si delinquens ad eccleſiam, aliaque loca priuilegiata, confugiat: Sed illa immunitas inter Proteſtantes fere negligi, & inſuper haberi ſolet, *Carpz. l. c. n. 91. ſeqq.*

## *CAPVT V.*

### DE INCARCERATIONE, ET SALVO CONDVCTV.

§. I.

CVm de reo carceri mancipando agitur, Iudex ad duo inprimis attendere debet: (1) ad qualitatem delicti, (2) ad indicia, quae contra reum militant.

§. II. Delictum quod attinet, eius generis eſſe debet, ut poena uel capitalis, uel ſaltem corporis afflictiua, in confeſſo aut conuicto, locum habitura ſit, immo, aliquando

Iudicis arbitrio, etiam ſola relegationis poena, propter neceſſitatem praeſtandae urphedae, eiusdemque effectum, ad carcerem decernendum ſufficit. Formula:

Daß N.N. zuförderſt zur Gefänglichen Haft zu bringen, und darauf mit der Special-Inquiſition wider ihn gebührend zu verfahren, worauf in der Sache ferner ergehet, was Recht iſt.

Quod ſi reus tali caſu iam in uinculis ſit, & cautionem offerat, pronunciatur:

Daß N. N. Suchen, geſtalten Sachen nach, nicht ſtatt hat.

Idem obtinet, quando dubium, utrum poena corporis afflictiua metuenda ſit, u. g. quia incertum, utrum ex uulnere mors ſecutura ſit. Formula:

Daß N. N. Suchen noch zur Zeit, ehe und bevor eines erfahrnen Medici und Chirurgi Atteſtat, daß der beſchädigte N. N. auſſer Lebens-Gefahr ſich befinde, zu denen Acten gebracht, nicht ſtatt hat.

§. III. Vbi uero certum eſt, ad poenam corporis afflictiuam, aut ſaltem relegationis, deueniri non poſſe, carceri locus non datur in perſonis honeſtioribus, & propter bona, quae poſſident, de fuga haut ſuſpectis, aliud de uagabundis, & perſonis leuioribus, dicendum,

dum, ubi incarceratio locum habere poteſt, quamuis poena fortaſſis pecuniaria tantum futura ſit.

§. IV. Indicia, quae ad capturam praerequirantur, a prudentis Iudicis arbitrio pendent. Generaliter dici poteſt, quod illa indicia, quae ad inquirendum legitima habentur, etiam hic ſufficiant, ut tamen ſimul rurſus qualitas perſonarum, an aliqua fugae ſuſpicione premantur, nec ne, attendi debeat.

§. V. Plane ad ſolam alicuius petitionem, ſi alia indicia deficiant, nemo carceri tradendus, cumque Iudex, qui tali caſu de facto procedit, in delicto uerſetur, liquet, eundem cautionis praeſtatione tutum non reddi, quia in delictis regreſſus ceſſat, ubi cautela commendari ſolet, ut in dubio Iudex pecuniam ſibi ſtatim praenumerari curet, quia nempe poſſidentis melior eſt conditio, omnium uero optime Iudex ſibi conſuluerit, ſi, cum fieri poteſt, neque periculum in mora, Collegium aliquod Iuridicum adeat, ab eoque informationem petat, ſic enim non habet, quod a reo ſibi metuat.

§. VI. Quod ſi Iudex aliquem iniuſte cuſtodiae tradat, iniuriarum, expenſarumque nomine, & ſimul in Saxonia ad Emendam

Saxonicam, Sachßen-Buße, quae per ſingulos dies, Tag und Nacht, eſt duarum ſexagenarum antiquarum, zwey alte Schock, i. e. 40. Groſſorum, tenetur, de qua emenda notatu dignum, quod (1) nihil interſit, utrum Iudex in dolo, an in culpa verſetur, (2) utrum patrimonialem, an adminiſtratoriam iurisdictionem habeat, (3) utrum maſculus, an femina, iniuſte incarcerata fuerit, nam & haec totam emendam recte petit, quod in femina occiſa ſecus, ubi, non, niſi dimidia Emenda, debetur. (4) Vtrum quis carcere publico, an priuatis aedibus detentus fuerit, cum Lex non diſtinguat. Vid. Land-Recht *L. 2. art. 34.* Add. *Nobilis Dn. de Berger. Oecon. Iur. p. 179.*

§. VII. Ceterum, cum carcer regulariter cuſtodiae, non poenae cauſſa, niſi aliquando in leuioribus delictis, decernatur, conſequitur, eundem tolerabilem eſſe debere, ut corpus & ualetudinem haut affligat, *L. 1. C. de Cuſtod. reorum. Ord. Crim. Carol. art. 11.* Add. *P. I Conſt. Elect. Sax. 22. Carpz. in Pr. Crim. P. III. qu. 111.* Formula:

Im übrigen iſt Inquiſit in ein leidlich Gefängniß, da er an ſeiner Geſundheit, wegen Kälte, oder andern groſſen Beſchwerungen, keinen Schaden nehmen möge, billig zu bringen.

§. VIII.

§. VIII. Immunitatem a carcere praeſtat ſaluus conductus, das ſichere Geleit, qui eſt uel generalis, uel ſpecialis: Ille dicitur das Gemeine, hic, das freye ſichere Geleite. Generalis, non, niſi ad iudicium ueniendi, indeque recedendi, hic uero, praeſtita cautione, plenam, durante inquiſitione, ſecuritatem tribuit.

§. IX. Generalis ſaluus conductus uim ſuam per triduum exerit, primus dies, ad comparendum, alter, ad litem in iudicio tractandam, tertius, ad recedendum dari intelligitur, idemque, in Saxonia, in primis cuiuis citationi tacite & uirtualiter ineſt, *Carpz. P. IV. qu. 112.*

§. X. Specialis ſaluus conductus, das freye ſichere Geleite, non datur, niſi ſufficiens & idonea cautio praeſtetur, cuius quantitas, pro ratione circumſtantiarum, & qualitate delicti, arbitrio Iudicis, definitur. Formula:

Daß N. N. gegen Beſtellung eines Vorſtandes, u. g. auf 200. Gülden hoch, das gebethene freye ſichere Geleite, billig mitzutheilen.

§. XI. Quod ſi autem in grauioribus delictis ſpes ſit, fore, ut copia rei fugientis haberi poſſit, is ante, quam eius petito deferatur, literis arreſtatoriis, mit Steck-Brieffen,

ſen, rite & diligenter perſequendus eſt, unde ſaluus conductus praeſenti haut conceditur, ſed tantum abſenti.

§. XII. Effectus ſalui conductus ſpecialis usque eo durat, donec uel poena capitalis, aut corporis afflictiua, uel tortura dictetur, biß etwas Peinliches erkannt.

§. XIII. Cautio committitur, quando reus, legitime citatus, emanſit, quod eo caſu, ubi incertum, quo loco reus commoretur, edictaliter fieri oportet, neque enim fideiuſſor citationem recipere, eidemque transmittere tenetur, niſi ad hoc ſe ſpeciatim obſtrinxerit, quod ut fiat, Iudicis intereſt.

§. XIV. Caeterum ſumma, in quam cautio praeſtita, ſi haec commiſſa ſit, in Proceſſu Inquiſitorio Iudici, in accuſatorio autem, accuſatori cedit, *Carpz. in Prax. Crim. qu. 112. n. 109. ſeqq.*

## *CAPVT VI.*

### DE EXAMINE INQVISITI, EIVSDEMQVE DEFENSIONE.

§. I.

QVando reus indiciis, de grauiore crimine

ne admiſſo, ſatis oneratus eſt, ſiue in uinculis haereat, ſiue, præſtita cautione, aut alias, liber ſit, proximum eſt, ut, praeuia interrogatione & reſponſione ſummaria, de facto, eiusque circumſtantiis, ad articulos reſpondeat.

§. II. Articuli in Proceſſu Inquiſitorio, ſunt loco libelli, & reſponſio ad eos, loco litis conteſtationis; Alia ratio eſt Proceſſus Ciuilis, praeſertim in Saxonia, ubi libellus articulatus non admittitur, ſed ſimplici, & continua oratione formari debet.

§. III. Articuli debent eſſe pertinentes, perſpicui, &, quantum fieri poteſt, breues, nec, niſi unam facti circumſtantiam includentes, ne confuſioni locus detur, dum ab inquiſito, ad plura ſimul membra, una reſponſio petitur.

§. IV. Formantur articuli per modum interrogationis, ſecus, ac in articulis probatorialibus fieri ſolet, & deſumuntur fere ex denunciatione, depoſitionibus teſtium, atque ſummaria reſponſione, praemiſſis initio articulis nonnullis generalioribus, qui nomen, aetatem, conditionem, facultates, cetera, inquiſiti ſpectant, hunc fere in modum:

Articulus I. Wie Inquiſit heiſſe?

Art. II. Wie alt er ſey?

Art.

Articulus III. Wes Standes und Handthierung Inquiſit ſey?

Art. IV. Ob er im Eheſtand lebe?

Art. V. Worinn ſein Vermögen beſtehe?

§. V. Reſponſio ad articulos, a reo, absque minis & impunitatis promiſſione, interrogato, fieri debet in perſona, & ſimpliciter, ſeu, ſine iuramento, qua ſecuta, ſiquidem noua facta, aut indicia emergant, noui articuli inquiſitionales, qui additionales audiunt, formantur, ad quos perinde reus reſpondere debet.

§. VI. Si reus, uel ad omnes, uel ad quosdam articulos reſpondere recuſet, Acta ad Collegium Iuridicum transmittuntur, a quo ipſi, pro diuerſitate circumſtantiarum, uel reſponſio ſub poena confeſſi & conuicti, ut regulariter fieri debet, uel aliquando tortura dictatur.

§. VII. Quod ſi reus affirmet factum, cuius arguitur, poena, delicto conueniens, imponitur, ſi modo in poenis capitalibus corpus delicti certum ſit; ſin neget, teſtes iurato examinantur, & cum eo confrontantur, aliaque probandi media perquiruntur, tum uero inquiſito, innocentiam ſuam, mediante defen-

defenſione, intra certum tempus, ut plurimum, menſtruum, deducendi, poteſtas datur, poſteaque Acta ad Collegium, ſententiae ferendae cauſſa, transmittuntur.

---

## *CAPVT VII.*

## DE MEDIIS ERVENDI VERITATEM.

§. I.

QVando in caſu, ubi reus, in reſponſione ad articulos, crimen inficiatus eſt, ſententiam ferri oportet, de medio aliquo, inueſtigandi ueritatem, cogitandum. Hoc duplex eſt, uel ſpirituale, uel corporale: Illud eſt iusiurandum purgatorium, hoc tortura.

§. II. Iuramento purgatorio, quod tortura ſpiritualis audit, tunc locus eſt, quando crimen, quod imputatur reo, eius generis, ut, in confitentem licet, poena corporis afflictiua, ſtatui non poſſit, uel, ubi, ſi crimen tale eſt, indicia, quae reum onerant, leuiora ſunt. Prius nititur principio, quod ipſa ratio ſana dictitat, nempe, medium exquirendae ueritatis durius eſſe non debere, quam ipſam poenam. Expenſarum refuſio, tali

caſu,

caſu, in Saxonia Elect. hodie ſemper & indiſtincte ſimul iniungitur, extra Saxoniam uero, tunc demum, quando poſt praeſtitum purgatorium, factum aliquod culpabile, quale & ſola uariatio eſt, remanet. Formula:

Auf angebrachte Rüge, eingezogene Erkundigung, und gehaltene Gerichtliche Regiſtraturen, ſowohl N. N. darauf gethane gütliche Antwort, unterſchiedlicher Zeugen, vermittelſt Eydes, gethane Ausſage, auch angeſtellte Confrontation, und übergebene Defenſion-Schrifft, erkennen Wir vor Recht: Würde obgedachter Inquiſit N. N. nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Meineyds, worzu auch ein, oder mehr Geiſtliche des Orts zu gebrauchen, ſich vermittelſt Eydes reinigen, und, daß er das ihm beygemeſſene, und von ihm verneinte Verbrechen, nicht begangen, ſchweren; So iſt er zwar von der dißfalls wider ihn angeſtellten Inquiſition zu entbinden, nichts deſto weniger aber die von ihm verurſachten Unkoſten, nach vorgehender deren Liquidation, und richterlichen Ermäßigung, zu erſtatten ſchuldig.

Aliquando etiam, inprimis, ſi plura facta concurrant, iuſiurandum purgatorium,

per

per modum ſententiae interlocutoriae, imponitur. Formula:

P. T.

Als derſelbe Uns die wider N. N. ergangene Inquiſitions-Acta zugeſchicket, und Unſere Rechts-Belehrung darüber gebethen;

Demnach erachten, uel: ſprechen ꝛc. NB. prius uocabulum adhibere ſolent Facultates Iuridicae, poſterius autem Scabinatus.

Daraus ſo viel zu befinden, daß obgedachter Inquiſit N. N. zuförderſt, nach vorgehender ſcharffen Verwarnung ꝛc. ſich vermittelſt Eydes zu reinigen, und daß er ꝛc. nicht begangen, zu ſchweren ſchuldig, er thue nun ſolches, oder nicht, ſo ergehet nichts deſtoweniger in der Sache, ſowohl der Unkoſten halber, ferner was Recht iſt.

§. III. Tortura corporalis, late dicta, diuiditur in territionem, & torturam in ſpecie ſic dictam. Territio rurſus eſt uel uerbalis, uel realis.

§. IV. Territio uerbalis dicitur, die bloſſe Vorſtellung des Scharffs-Richters, quae & interdum, ubi alias, propter indiciorum leuitatem, tantum iuramento purgatorio locus fuerat, propter conditionem rei, eiusque leuitatem animi adhibetur. Formula:

P. T.

Als derſelbe Uns angebrachte Rüge, eingezogene Erkundigung ꝛc. ut in formula praecedente.

Wird Inquiſit N. N. beſchuldiget, daß er ꝛc. commemoratur hic delictum.

Ob nun wohl derſelbe deſſen nicht geſtändig ſeyn will, und zu ſeiner Defenſion anführet, daß ꝛc.

Dieweil aber dennoch ꝛc. enarrantur hic indicia ex Actis, quae reum premunt, & reſpondetur ſimul ad momenta defenſionis.

So erſcheinet dannenhero ſo viel, daß Inquiſit N. N. vor unſchuldig nicht zu achten; Daferne er nun, ſein Geſtändniß richtiger zu thun, ſich ferner verweigern ſollte, iſt er dem Scharf-Richter vorzuſtellen, und vermittelſt deſſen, als ſolte und wollte er ihn angreiffen, iedoch noch zur Zeit unangegriffen, zu befragen:

Ob er nicht ꝛc.

Subiiciuntur hic interrogatoria, quae ex Actis deſumenda, atque ad delictum, cuius reus arguitur, eiusque circumſtantias, dirigenda ſunt:

Wenn nun ſeine Ausſage, und wie er ſich darbey geberdet, mit Fleiß, inmaſſen zu beſchehen, zu denen Acten verzeichnet, und mit die-

dieſen hinwiederum verſchicket wird, ſo ergehet in der Sache ferner, was Recht iſt.

§. V. Territio realis eſt, quando carnifex pollices inquiſiti, affixis forcipibus, comprimit, die Daum-Stöcke, Formula:

Als derſelbe uns angebrachte Rüge ꝛc.

Ob nun wohl ꝛc. Dieweil aber dennoch ꝛc. So erſcheinet ꝛc. ut in formula praecedente, ſich ferner verweigern ſollte, dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben, daß er ihn mag ausziehen, zur Leiter führen, die zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenta vorzeigen, die Daum-Stöcke anlegen, und darmit zuſchrauben, iedoch daß es darbey verbleibe, und mit Inquiſiten vor dieſesmahl nichts weiter vorgenommen werde, worbey er denn mit allem Ernſt zu befragen:

Ob er nicht ꝛc.

Wann nun ſeine Uhrgicht, und wie er ſich darbey geberdet ꝛc.

§. VI. Cuius exaſperatio conſiſtit in funium initio; quando nempe inſuper carnifici manus inquiſiti ligare, non uero arcte conſtringere, licet, die Daum-Stöcke mit dem Anfang der Schnüre, Formula:

P. P. ut in Formula praecedente: dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben, daß er ihn mag ausziehen, zur Leiter führen, die

zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenta vorzeigen, die Daum-Stöcke anlegen, und damit zuſchrauben, auch da dieſes nicht fruchtet, mit den Schnüren den Anfang machen, iedoch daß es darbey verbleibe, und mit Inquiſiten vor dieſesmahl nichts weiter vorgenommen werde.

§. VII. Tortura, in ſpecie talis, tres gradus habet, primus eſt, ubi carnifex manus inquiſiti ligatas arcte retro conſtringit, die Schnüre, ſeu die völlige Schnüre. Formula:

P.P. ut in formulis praecedentibus: dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben, daß er ihn mag ausziehen, zur Leiter führen, die zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenta vorzeigen, die Daum-Stöcke anlegen, und darmit zuſchrauben. Auch, da dieſes nicht fruchtet, mit den Banden zuſchnüren, iedoch, daß es darbey verbleibe ꝛc.

§. VIII. Secundus gradus conſiſtit in expanſione membrorum inquiſiti, ſcalae ſubiecti, die Schärffe ziemlicher Weiſe, Formula:

Daferne nun Inquiſit ſein Geſtändniß, richtiger zu thun, ſich ferner verweigern ſollte; So iſt er von dem Scharff-Richter mit der Schärffe ziemlicher Weiſe anzugreiffen, worbey er denn mit allem Ernſt zu befragen ꝛc.

§. IX.

§. IX. Tertius, idemque ſummus gradus eſt, cum praeter expanſionem membrorum, etiam alia tormenta, ut ignis, candentia lumina, cetera, adhibentur, die Schärffe, ſine additamento, ubi uerba: ziemlicher Weiſe, omittuntur. Formula:

Daferne nun Inquiſit, auf bewegliches Zureden, ſeinem Leibe keine unnöthige Marter zuzuziehen, ſein Geſtändniß in Güthe zu thun, ſich ferner verweigern ſollte, iſt er von dem Scharff-Richter mit der Schärffe anzugreiffen, worbey er denn mit allem Ernſt zu befragen ꝛc.

§. X. Quando Iudex ſententiam cum Actis recepit, hanc praeuia, quoad praefecturas in Saxonia Electorali, approbatione Summi Regiminis Dreſdenſis, inquiſito publicat, ſed caute & occultato torturae gradu, eidemque liberum relinquit, an, contra eandem, intra certum tempus, ſeſe tueri uelit, quae uocatur defenſio pro auertenda tortura.

§. XI. Cuius momenta Collegium Prudentum, ad quod Acta denuo tranſmitti debent, expendit & examinat; atque pro caſuum diuerſitate, priorem ſententiam uel confirmat, uel corrigit. Priori caſu Formula talis eſt:

P. T.

Als derſelbe Uns, was N. N. zu ſeiner Defenſion in Schrifften übergeben, ſamt denen wider ihn ergangenen Inquiſitions-Acten, zugeſchicket, und unſern Rechtsſpruch darüber gebeten; Demnach erachten, ſeu ſprechen ꝛc. Daß obgedachter Inquiſit N. N. in ſeiner übergebenen Defenſions-Schrifft, etwas, ſo ihm zu ſtatten kommen möchte, nicht ausgeführet; Derowegen das fol. -- befindliche Urthel an ihm gebührend billig zu vollſtrecken.

Poſteriori caſu ita pronunciatur, praemiſſo exordio, ut in Formula praecedente:

Daraus ſo viel zu befinden, daß obgedachter Inquiſit N. N. mit der erkannten ſcharffen Frage zwar zu verſchonen, er iſt aber nichts deſto weniger, nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Meyneydes, worzu auch ein, oder mehr, Geiſtliche des Orts zu gebrauchen, ſich, vermittelſt Eydes, zu reinigen ꝛc. ſchuldig.

Sin gradus torturae tantum mitigetur, & mutetur, Formula talis eſt:

Daß Inquiſit N. N. mit dem erkannten Grad der ſcharffen Frage zwar zu verſchonen; Er iſt aber nichts deſto weniger, im Fall er ſein Geſtändniß in Güte zu thun, ſich ferner verweigern ſolte, dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben ꝛc.

§. XII.

§. XII. Quando reus torturam, ſententia dictatam, ſuſtinuit, eoque indicia, aduerſus ſe militantia, eliſit & purgauit, abſoluitur ab inquiſitione, & expenſis, in eam factis. Formula:

Hat Inquiſit N. N. als er unſerm vorigen Urthel zu Folge, dem Scharff-Richter auf gewiſſe maſſe untergeben worden, daß er, an dem ihm beygemeſſenen Verbrechen, unſchuldig, erhalten; So iſt er nunmehro von der, wider ihn, angeſtellten Inquiſition zu entbinden, auch mit Erſtattung der Unkoſten, auſſer der Azung, und denen, ſo auf ſeine Defenſion gegangen, zu verſchonen.

§. XIII. Sin reus faſſus inter tormenta crimen, haec confeſſio non aliter effectum habet, quam, ſi poſt interuallum aliquot dierum, in iudicio, remoto carnifice, ratificata fuerit. Quod ſi tunc illam reuocet, eamque tormentis, a ſe innocente, expreſſam, dicat, neque noua indicia concurrant, idem torturae gradus repeti iubetur, continuando nempe regulariter, ubi antea carnifex ſubſtiterat. Formula:

Hat Inquiſit N. N. u. g. beym Anfang der Schnüren, geſtanden und bekannt, daß er ꝛc. Nachmahls aber, bey der gütlichen Verhör, ſolches ſein gethanes Bekenntniß, wiederruf-

ſen; Daferne er nun nochmahls bey ſeiner Revocation verharret, iſt man wohl befugt, an ihm das vorige Urthel, iedoch ohne Wiederholung derer Daum-Stöcke, welche er bereits ausgeſtanden, anderweit zu vollſtrecken.

Alia Formula:

Daferne nun Inquiſit &c.

So iſt die erkannte, und, durch ſein Geſtändniß, interrumpirte Tortur, an ihm gebührend billig zu vollſtrecken.

§. XIV. Sin reus, in confeſſione perſeueret, eamque ratificet, poena dictatur. Formula pro diuerſitate poenarum eſt uaria. In poena fuſtigationis, haec adhiberi ſolet:

P. P.

Hat Inquiſit N. N. als er, dem fol. - - befindlichen Urthel zu Folge, dem Scharff-Richter auf gewiſſe Maße untergeben worden, daß er 2c. geſtanden und bekannt, auch ſolches ſein Geſtändniß gebührend ratificiret;

So iſt Inquiſit N. N. im Fall er, bey ſolchem ſeinem Bekenntniß, vor Gerichte nochmahls freywillig verharret, ſeines begangenen Verbrechens halber, mit Staupen-Schlägen des Landes, adduntur hodie in Saxonia Elect. uerba: darunter auch die Fürſtliche Sächſiſche Querfurtiſche Lande zu verſtehen, auff ewig zu verweiſen.

For-

Formula in puncto adulterii, quando pars innocens delictum nocenti remiſit:

P. P.

So iſt Inquiſit N. N. des begangenen und geſtandenen Ehebruchs halber, in Anſehung, daß ſein Ehe-Weib ihm verziehen, und, gebrochener Treue und Glauben ungeachtet, ihm ferner ehelich beyzuwohnen, ſich erklähret, des Landes ewig zu verweiſen, dahin ihm gedachtes ſein Ehe-Weib mit weſentlicher Wohnung zu folgen, auch derſelbe die Unkoſten ꝛc. zu erſtatten ſchuldig.

Formula, cum ſuperſtitioſus, ante executionem poenae, per ſacerdotem erudiendus:

P. P.

Jedoch iſt er vor der Execution denen Dienern Göttl. Worts zu untergeben, und von denenſelben ſeines Abergläubiſchen Weſens, und Mißbrauch Göttlichen Nahmens halber zu unterrichten, auch, daß er davon abſtehe, ernſtlich zu vermahnen.

Formula caſtigationis in carcere:

P. P.

So iſt Inquiſit N. N. ſeines Verbrechens halber, geſtalten Sachen nach, im Gefängniß mit Ruthen zu züchtigen, u. darauf des Landes ewig zu verweiſen, ſowohl, zu Erſtattung der Unkoſten ꝛc. anzuhalten. G 5 For-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0115-7

Formula, cum in puncto homicidii, praeuio iuramento purgatorio, poena dictatur.

P. P.

Daraus ſo viel zu befinden: Würde Inquiſit N. N. nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Meyneyds, ſich eydlich reinigen, und, daß er, u. g. N. N. vorſetzlich nicht erſchoſſen, ſchweren, inmaſſen ihm vor allen Dingen zu thun oblieget; So iſt er, mit der ordentlichen Todes-Straffe, zwar zu verſchonen, nichts deſto weniger aber, ſeiner Unachtſamkeit halber, u. g. des Landes ewig zu verweiſen.

Poena, in tali caſu, eſt arbitraria, pro gradu culpae commiſſae, ita, ut propter latiſſimam culpam, etiam fuſtigationis poena locum habere poſſit.

Formula, in poena abſciſſionis digitorum, ob fractam urphedam:

P. P.

So iſt Inquiſit N. N. ſeines begangenen und bekannten Meineyds halber, mit Abhauung derer fördern Glieder derer beyden Finger, damit er geſchworen, des Landes ewig zu verweiſen, auch darbey, daß, wenn er ſich wieder darinn betreten laſſen würde, er zur Staupen geſchlagen werden ſolle, ernſtlich zu verwarnen.

§. XV. Aliquando condemnatoria ſententia,

tia, eademque capitalis, cum reſeruatione iuramenti purgatorii, uel torturae, fertur. Formula in caſu priori:

P. P.

So iſt Inquiſit N. N. ſeines Verbrechens halber, u. g. mit dem Schwerd vom Leben zum Tode zu bringen: Er könte und wollte denn, nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Meyneyds ꝛc.

Auf ſolchen Fall iſt er mit der zuerkannten Straffe zwar zu verſchonen, nichts deſto weniger aber ꝛc.

Formula in caſu poſteriori:

So iſt Inquiſitin N. N. ihres Verbrechens halber, mit dem Schwerd vom Leben zum Tode zu bringen; Sie könte und wollte denn, daß ſie mit N. N. fleiſchliche Unzucht nicht getrieben, in ſcharffer Frage erhalten, auff ſolchen Fall, iſt ſie dem Scharff-Richter dergeſtalt zu untergeben, daß er ſie mag ausziehen ꝛc.

§. XVI. Sequuntur plures formulae, in poenis capitalibus dictandis, adhiberi ſolitae:

I. in poena Capitis:

P. P.

Daferne nun Inquiſit N. N. auf ſolchem ſeinem Bekenntniß, vor öffentlich gehegtem Peinlichen Halß-Gerichte nochmahls freywillig verharret, oder des ſonſt, wie Recht, überführet wird, ſo iſt er, ſeines begangenen und geſtande-

nen

nen Verbrechens halber, mit dem Schwerd vom Leben zum Tode zu bringen.

II. in poena Culei:

P. P. ut in formula praecedenti:

So wird er, wegen ſeiner, an ſeinem leiblichen Vater, (Kinde, Ehe-Weib) begangenen und geſtandenen Mordthat, ſamt einem Hunde, Hahn, Schlangen und Katzen, an ſtatt eines Affens, in einen Sack geſtecket, ins Waſſer geworffen, und ertrancket.

Adduntur quandoque uerba: oder da die Gelegenheit des Waſſers des Orts nicht verhanden, mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet.

III. in poena Ignis:

P. P.

So iſt er, ſeines Verbrechens halber, mit dem Feuer vom Leben zum Tode zu bringen, und zu beſtraffen.

IV. in poena Suſpendii:

P. P.

So iſt er mit dem Strange, vom Leben zum Tode zu bringen.

## CAPVT VIII.
## DE PROCESSV BANNI ET INIVRIARVM, IN FORO SAXONICO.

§ I.

PRoceſſus Banni, der Achts-Proceſſ, paſſim hodie

hodie in Germania, in primis Saxonia, in uſu eſt, atque aduerſus fugitiuos & latitantes reos inſtituitur.

§. II. Bannum, in genere acceptum, eſt uel Vniuerſale, uel Speciale; illud uocatur, des H. Römiſchen Reichs Acht und Bann, & uim ſuam per uniuerſum imperium exerit, idemque Imperator irrogat, cuius recentiora exempla in uulgus nota ſunt, hoc uero, a Principibus & Statibus Imperii decernitur, neque ultra eorum territorium effectum habet.

§. III. Ab utroque differt Bannum Iuris Saxonici, de quo hic agitur, huius enim, in poenam contumaciae, irrogandi poteſtatem quilibet, etiam inferior Iudex habet.

§. IV. Bannum hoc Saxonicum eſt uel primum, die Acht, uel ſecundum, die Ober-Acht, ſeu, Aber-Acht, cui locus, ſi reus fugitiuus intra annum, a die primi, non comparuerit, & innocentiam ſuam oſtenderit, Land-Recht, *L. III. art. 34. in fin.*

§. V. Vt vero bannum hoc decerni poſſit, duo requiruntur: (1) ut cauſſa capitalis ſit, h. e. talis, ubi in confeſſum aut conuictum ultimi ſupplicii poena ſtatuenda foret, Land-R. *L. I. art. 67.* (2) ut conſtet de corpore delicti, & reus indiciis prematur, niſi forte peculiaris accuſator ad accuſandum ſe offerat. Vid.

*Carpz.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0119-3

*Carpz. in Prax. Crim. P. III. qu. 140. n. 42. ſeqq.*
Vbi quidem tria requiſita conſtituit, ſed manifeſtum eſt, primum cum tertio coincidere, in eoque includi. Formula:

Als derſelbe Uns die wider N. N. ergangene Acta zugeſchicket ꝛc. Daß wider den flüchtigen N. N. geſtalten Sachen nach, mit dem Achts-Proceſſ, gebührend billig zu verfahren, V. R. W.

§. VI. In Proceſſu Banni, ut in accuſatorio, ordinarie proceditur. Conſtituitur Fiſcalis, ein Peinlicher Anwald, oder Fiſcal, ſi accuſator deſit. Hic libellum accuſatorium offert, eine Peinliche Anklage, coram Iudicio criminali, ſolenniter formando, vor dem gehegten Peinlichen Halß-Gerichte, citatur abſens reus, uel in loco domicilii, uel, ſi tale non habeat, edictaliter, in trium Dominorum territoriis, concesſo integro ſpatio Saxonico, ſi crimen iam pernoctatum fuerit, wann die That übernächtiget. Nam alias citari poteſt fugitiuus, ut, uel eo ipſo, uel ſequenti, die, compareat. Formula:

Daß zuförderſt Angeklagter durch öffentliche Edictal-Citation, ſo in dreyer unterſchiedener Herren Lande anzuſchlagen, deren iegliche eine vollkommene Sächſiſche Friſt, von Zeit des Anſchlags, in ſich hält, bey Straffe Ungehorſams, in Perſon zu erſcheinen, und auf die,

wider

wider ihn angeſtellte Peinliche Anklage ſich einzulaſſen, zu antworten, und den Krieg Rechtens zu befeſtigen, gebührend vorzuladen, worauf wenn, und welcher Geſtalt die Citationes, auch wo, und zu welcher Zeit, iede angeſchlagen worden, mit Fleiß zu denen Acten regiſtriret, in der Sache ferner ergehet, was Recht iſt, V. R. W.

§. VII. Si reus in termino non comparеat, praeuia accuſatione contumaciae, condemnatur in legitima impedimenta, in die Ehehafften. Formula:

Daß Ankläger Angeklagten wegen ſeines Ungehorſams und Auſſenbleibens biß auf Ehehafften in die Acht zu erklähren, erſtanden und erlanget, V. R. W.

§. VIII. Cum reus, ad legitima impedimenta probanda rite citatus, rurſus non comparet, aut, ſi comparet, illa probare nequit, cur ſcilicet in primo termino emanſerit, praeuia rurſus contumaciae accuſatione, banni ſententia fertur. Formula:

Daß Ankläger Angeklagten, wegen ſeines beharrlichen Ungehorſams, nunmehro in die Acht, ſeines begangenen Verbrechens halber, erſtanden und erlanget hat, derowegen er darein billig erklähret, aus dem Frieden in

den Unfrieden geſetzet, und männiglich, ſo eu-rer Gerichtsbarkeit unterworffen, mit ihm Ge-meinſchafft zu haben, verbothen, auch ſein Leib in euren Gerichten Jederman erlaubet wird, V. R. W.

§. IX. Ab hoc Banno, ſi intra annum & diem reus ſe haut purgauerit, praeceden-te noua accuſatoris imploratione, idem procedendi modus, ut circa primum ban-num, obſeruatur, & tandem per ſenten-tiam bannum ſuperius irrogatur. For-mula:

P. P.

Daß Ankläger Angeklagten ꝛc. biß auf die Ober-Acht erſtanden und erlanget; Derowe-gen ꝛc. Integram Formulam uide apud *Carpzou. Prax. Crim. P. III. qu. 146. n. 88.*

§. X. Supereſt Proceſſus Iniuriarum, hodie in Saxonia Elect. uſitatus; de quo pauciſſima addenda ſunt. Forma eius praeſcribitur in nouiſſimo *Mandato Elect. Sax. de Duellis*, *de Anno 1712.* inprimis §. 22. quod nempe non amplius, ut olim, per modum Proceſſus ordinarii, ſed ſimplicis denunciationis in uindicandis & puniendis iniuriis procedi, & reus, uel iurata aſſeue-ratione denunciantis, uel alio indicio gra-uatus, ſtatim, ſub poena confeſſi & con-

uicti

uicti conceſſo, non niſi 14. dierum ſpatio, ad ſummariam reſponſionem citari debeat. Formula:

P. P.

Würde Denunciant ſeine angebrachte Denunciation eydlich beſtärcken, inmaſſen vor allen Dingen zu beſchehen; So iſt N. N. zur ſummariſchen Vernehmung, über die ihm beygemeſſene Iniurie, ſub poena confeſſi & conuicti, mit Ertheilung einer 14. täglichen Friſt, gebührend vorzuladen.

§. XI. Si reus iniuriam affirmet, uel neget, poena ipſi dictatur, reſeruato eidem hoc poſteriori caſu, ſi conuictus haut ſit, iuramento purgatorio, neque enim uel iuramentum, uel defenſio conſcientiae per probationes, Gewiſſens-Vertretung, hic locum habet. Formula:

Daß die unternommene Gewiſſens-Vertretung, nach Gelegenheit dißfalls, nicht ſtatt hat. Würde nun Denunciant ſeine angebrachte Denunciation eydlich beſtärcken ꝛc.

§. XII. Denique illud notandum, quod, ubi alternatiue poena carceris, aut mulcta

dictatur, ſimul iudici facultas reum pro ſingulis diebus carceris, ad tres dies certis operis adſtringendi reſeruari debeat. Formula:

Daß N. N. ſeiner begangenen Begünſtigung halber, 8. Tage lang mit Gefängniß, oder 1. Nſchock zu beſtraffen, oder auch vor ieden Tag Gefängniß, 3. Tage zu einer gewiſſen Arbeit, ſowohl zu Erſtattung der Unkoſten anzuhalten.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0124-7

*INDEX*

CAPITVM.

# *PARS PRIOR*

DE

Modo pronunciandi in Proceſſu Ciuili.

*CAPVT I.*

De Citatione pag. 1

*CAPVT II.*

De Libello pag. 12



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0125-2

*CAPUT III.*

De Litis Conteſtatione pag. 15

*CAPUT IV.*

De Probatione & Reprobatione pag. 29

*CAPUT V.*

De Sententia pag. 39

*CAPUT VI.*

De Remediis ſuſpenſiuis pag. 49

*PARS*

# PARS POSTERIOR
## DE
## Modo pronunciandi in Proceſſu Criminali.

### CAPUT I.

De Inquiſitione in genere pag. 56

### CAPUT II.

De Corpore Delicti pag. 64

### CAPUT III.

De Indiciis ad ſpecialem Inquiſitionem ſufficientibus pag. 67

### CAPUT IV.

De Competentia Iudicis in Proceſſu Inquiſitorio pag. 74

CAPUT V.

De Incarceratione, & ſaluo Conductu pag. 87

CAPUT VI.

De Examine Inquiſiti, eiusdemque Defenſione pag. 92

CAPUT VII.

De Mediis eruendi ueritatem pag. 95

CAPUT VIII.

De Proceſſu Banni, & Iniuriarum, in Foro Saxonico pag. 108

FINIS.

(0)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0128-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0130-0

wo iſt denn dein brůder geſtorn geweſen.



16 / 24 / 4



12 / 60 / 5

24 / 72 / 6

24 / 142 / 6







X 26 A 2020

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0132-1

# IO. BALTHASAR. WERNHERI

ICTI

POTENTISS. POLON. REG. ET ELECT. SAXON. A CONSILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE, ORDINARII, ET ANTECES-SORIS PRIMARII IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

# PRINCIPIA IVRISPRVDENTIAE FORMVLARIAE

CIRCA

MODVM PRONVNCIANDI

IN

# PROCESSV CIVILI ET CRIMINALI.

*VITEMBERGAE*

APVD CHRIST. THEOPH. LVDOVICVM.

M DCC XXVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-343439-p0133-7
DFG

Farbkarte #13 B.I.G.